517 'Οχθέω, *f.* ήσω, indignor, graviter suspiro, gravatè fero; *ab* ὄχθη, ης, ἡ, ripa, *metaph. quoniam animus* ὀχθοῦντος, *dum aliquâ re offenditur, quasi exsurgit et intumescit; sunt tamen qui ab* ἄχθομαι *deducunt.*

Ἐχθοδοπὸς, ἡ, ὸν, odiosus, invisus; *fit ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium, *et* 518
ὄψ, ὀπὸς, ἡ, visus, *seu* vox, *ut sit* ἐχθοοπὸς, *et pleonasm.* τοῦ δ, ἐχθοδοπὸς, *quem aspicere aut colloqui est nobis odiosum; hinc* ἐχθοδοπέω, *f.* ήσω, sum invisus, voce altercor, sum inimicus; ἐχθοδοπῆσαι, *id est,* ἐχθρὸν γενέσθαι.

Ἐφήσεις, induces; *2. sing. fut. 1. verbi* ἐφίημι.

Ἐρέθῃσι, *Ion. pro* ἐρέθῃ· *ab* ἐρέθω, irrito, lacesso; *ab* ἔρις, δος, ἡ, lis, 519
contentio; ἐρέθειν *est* εἰς ἔριν θυμικὴν παρακινεῖν, *inquit Eustath. alibi; hinc* ἐρεθίζω, *idem quod* ἐρέθω.

Νεικέω, *f.* ήσω, objurgo, *propriè in verbis,* contendo, rixor; *à* νεῖκος, 521
εος, τὸ, rixa; *quod à* νὴ *part. priv. et* εἴκω, cedo; *sed* νικάω, vinco.

Ἀποστείχω, abeo, discedo, revertor; *à* στείχω, *propriè* ordine eo, in- 522
cedo, *fut.* 1. στείξω, *perf.* ἔστειχα, *aor.* 2. ἔστιχον.

Νοέω, *f.* ήσω, mente agito, cogito, animadverto, intelligo, *item* video, cerno; νοήσῃ, *3. sing. aor. 1. subj.*

Μέλει, curæ est, *fut.* μελήσει· *perf.* μεμέληκε· *sed apud poëtas* μέμηλε 523
per syncop. unde partic. μεμηλὼς, qui, *vel,* quæ curæ est; *dicitur* ἐμοὶ ταῦτα μελήσεται, *vel* ἐμοὶ περὶ τούτων μελήσεται.

Εἰ δ' ἄγε, verum age. *Sententia elliptica est, et ita supplenda:* ἄγε 524
δὲ εἰ ἐθέλεις. *Prof. Dunbar. Collect. Min. Not. in loc.*

Κεφαλὴ, ῆς, ἡ, caput; ἀπὸ τοῦ κεκυφῶσθαι, à cavitate.

Πεποίθῃς, *2. sing. subjunct. præt. med. verbi* πείθω, persuadeo, *fut.* 1. πείσω, *præt.* πέπεικα, *aor.* 2. ἔπιθον, *præt. med.* πέποιθα, fretus sum, credo, fidem habeo.

Ἔμεθεν, *Att. pro* ἐμέοθεν, *Ion. pro* ἐμοῦθεν, *gen. sing. ab* ἐγώ. 525

Τέκμαρ, τὸ, finis, exitus, *item* signum; τέκμωρ, *idem: sumitur et pro* 526
scopo, *seu* fine actionum proposito.

Παλινάγρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, rursus congregatus, revocatus, *vel* quod revocari potest; *per syncop. pro* παλιναγείρετος· *à* πάλιν, rursus, *et* ἀγείρω, congrego.

Ἀπατάω, *f.* ήσω, *quasi* ἀπάγω τοῦ πάτου, *propriè,* aliquem à viâ rectâ abducere; *et metaph.* decipio, fallo; *hinc* ἀπατηλὸς, ἡ, ὸν, fallax.

Ἀτελεύτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad finem non perductus, irritus, *item* fine 527
carens; *à* τελευτάω, *f.* ήσω, finio, *quod à* τέλος, εος, τὸ, finis.

Κυάνεος, έα, *vel* έη, εον, *et* κυάνειος, εία, ειον, cæruleus; *aliquando* ni- 528
ger; *à* κύανος, ου, ὁ, color cæruleus; κυανέῃσιν, *Ion. pro* κυανέαις, *dat. plur. fœm.*

Ὀφρὺς, ύος, ἡ, supercilium; *metaph.* superbia; *aliquando* tumulus; *ab* ὄπτομαι, *inquit Martin.* ὀφρύσι, *dat. plur.*

Ἀμβρόσιος, ία, ιον, immortalis, divinus; *interdum* dulcis, placidus; 529
quod ab ἄμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem; ab* α *priv. et* βροτὸς, οῦ, ὁ, mortalis.

Χαίτη, ης, ἡ, juba equi; *propriè, in homine* cæsaries; à χέω, fundo.

Ἐπεῤῥώσαντο, *3. pl. aor. 1. med.* ἐπιῤῥώομαι, fortiter moveor; *quod ab* ἐπὶ *et* ῥώομαι, *inusitat. à quo tamen quædam tempora sunt in usu; significat,* vehementi motu agitari; *hoc autem à* ῥωννύω *vel* -υμι, corroboro; ἐπεῤῥώσαντο, *id est,* ἐῤῥωμένως ἐκινοῦντο.

Κρὰς, *in genit.* κρατὸς, *vel* κράας, κράατος, τὸ, caput; *à* κάρηνον, ου, τὸ, 530
idem.

Ἐλελίττω, *f.* ξω, agito, concutio, rapido volumine torqueo; ἐλέλιξεν, 3. *sing. aor.* 1. *ind. ab* ἐλίσσω, *supra, reduplicatione primæ syllabæ.*

531 Βουλεύω, *f.* εύσω, consilium agito, consulto; *à* βουλή, ῆς, ἡ, consilium, consultatio.

Διετμάγην, *Bœot. pro* διετμάγησαν, 3. *plur.* διετμάγην, *aor.* 2. *pass. à* τέμνω, *quod aliquando format fut.* 1. τμήξω, *aor.* 2. ἔτμαγον, *vel* ἔτμηγον, *inquit Scotus; alii faciunt hoc fut. et aor. à* τμήσσω, *vel* τμήγω, seco, scindo, divido, separo.

532 Ἅλλομαι, *f.* λοῦμαι, salio, salto: *hinc* ἆλτο, *cum leni pro aspirat. Æolico more, qui dictiones à quacunque vocali incipientes tenui efficiunt,* 3. *sing. aor.* 2. *med. per syncop. pro* ἥλετο, *et* α *pro* η· *quibusdam placet, ut* ἆλτο *potiùs sit aorist.* 1. *pro* ἥλατο· *quibusdam, ut sit plusq. perf. pass. à præt.* ἧλμαι, *plusq.* ἥλμεν, ἧλσο, ἧλτο, *pro quo* ἆλτο.

Βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *ut hìc; catachresticè et metaph. variè significat;* latus, β. 92. ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο, litus secundum latum prodibant; densus, *ib.* 146. κινήσει ζέφυρος βαθὺ λήϊον, moverit zephyrus densam segetem, π. 765 βαθέην ὕλην, densam sylvam (*ubi* βαθέην *pro* βαθεῖαν); *item* altus, ε. 144. βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς, alto exilit ovili; *aliquando* vehemens, λ. 306. βαθείῃ λαίλαπι τύπτων, vehementi procellâ verberans; spissus, υ. 445. τρὶς δ' ἠέρα τύψε βαθεῖαν, ter nebulam percussit spissam, *et* ψ. 249. βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη· *item* abditus, τ. 124. τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν, huic autem dolor acutus mentem verberavit abditam: *à* βάθος, εος, τὸ· *in comparat.* βαθύτερος, βαθίων, *et* βάσσων· *superl.* βαθύτατος, *et* βάθιστος, θ. 14. ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον, ubi profundissimum sub terrâ est barathrum.

Αἰγλήεις, ήεσσα, ῆεν, splendidus, fulgens; *in obliquis aliquando patitur crasin, ut in acc.* αἰγλῆντα *pro* αἰγλήεντα· *ab* αἴγλη, ης, ἡ, fulgor, splendor; *hinc* ἀγλαὸς, οῦ, *idem; quod quidam ab* ἀγάλλω, orno, facio, paro, *deducunt; et inde* αἴγλη.

533 Ἀνέσταν, assurrexerunt, *Bœot. et per syncop. pro* ἀνέστησαν, 3. *pl. aor.* 2. *ind. act. verbi* ἀνίστημι, surgo, surgere facio.

534 Ἕδος, εος, τὸ, sedes, solum, templum, *aliquando* mora, desidia; *aliquando* simulachrum; *ab* ἕζομαι, sedeo.

Σφὸς, οῦ, *Dor. pro* σφέτερος, έρα, ερον, suus, proprius.

Ἐναντίον, *adverb.* in occursum, ex adverso, obviàm; *ab* ἐναντίος, α, ον, adversus; *ab* ἐν *et* ἀντί.

Ἔτλη, 3. *sing. aor.* 2. *verbi* τλάω *vel* τλῆμι, *pro* ταλάω, suffero, sustineo, audeo, *fut.* 1. τλήσω, *præt.* τέτληκα, *aor.* 2. ἔτλην.

535 Ἐπερχόμενον, advenientem, accedentem, *acc. sing. m. part. præs.*

Ἔσταν, steterunt, *Bœot. et per syncop. pro* ἔστησαν, *vel* ἔστασαν, 3. *pl. aor.* 2. *verbi* ἵστημι. *Vide* β. 170.

Ἅπαντες, omnes, *nom. pl. m. ab* ἅπας, ασα, αν.

536 Θρόνος, ου, ὁ, solium, sedes, sella augusta. *metaph.* dignitas; *à* θράω, sedeo.

537 Ἀγνοιέω, *metri causâ pro* ἀγνοέω, *f.* ήσω, ignoro; ἠγνοίησεν *per epenth. τοῦ ι pro* ἠγνόησεν, 3. *sing. a.* 1. *ab* α *priv. et* νοέω, cogito, in animo verso, video.

Συμφράζειν βουλὰς, consilium ferre; *à* συμφράζω, colloquor, consilium

capio simul; *à* φράζω, dico; *à* φάω, dico, *deducit Eustath. quasi* φάζω,
et epenth. literæ ρ, φράζω· συμφράσσατο, *Ion. et poët. pro* συνεφράσατο, 3.
sing. aor. 1. *med.*

Ἀργυρόπεζος, ου, ὁ καὶ ἡ, argenteos habens pedes, *id est*, argentei co- 538
loris; *per consequens*, candidos, formosos; *à* πέζα, ης, ἡ, malleolus
pedis, pes, (*quod quidam deducunt à* πέδον, ου, τὸ, terra, solum; *quidam*
παρὰ τὸ ἐν τῷ πέδῳ ἕζεσθαι· *vel à* πέζα, fimbria, limbus; ἀργυρόπεζα *dici-
tur* Thetis, ἡ κόσμον λαμπρὸν (*inquit Eustath.*) περὶ τὰς ὤας τοῦ ἱματίου
ἔχουσα, quòd habeat fimbrias vestimenti institis argenteis ornatas) *et*
ἀργυροῦς, ᾶ, οῦν, argenteus, albus.

Κερτόμιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, cor scindens, opprobrium, maledicentia; κερ- 539
τομίοισι, *Ion. pro* κερτομίοις, *subintellige* ἔπεσι· *à* κῆρ, τὸ, cor, *et* τέμνω,
scindo; *quia convitium cor quasi conscindit.*

Δολομήτης, ου, *vel* δολόμητις, εος, ὁ καὶ ἡ, qui dolosè cogitat, vafer, do- 540
losus; *à* δόλος, ου, ὁ, dolus, *et* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium.

Ἀπὸ——εόντα, *per tmesin pro* ἀπόντα, *accus. sing. m. ab* ἄπειμι. 541

Κρυπτάδιος, ία, ιον, clandestinus; *à* κρύπτω, abscondo. 542

Δικαζέμεν, *Ion. pro* δικάζειν, determinare, judicare, statuere; *à* δίκη,
ης, ἡ, jus. *Arist. deducit* δίκαιον ἀπὸ τοῦ δίχα, *quasi* δίχαιον, *quòd in
duas æquales partes rem scindat; Plato verò putat dici quasi* δίαιον, *id
est*, διὰ ἰὸν, per omnes res procurrens, *interpositâ literâ* κ.

Τέτληκας, substinuisti, 2. *sing. perf. verbi* τλῆμι. 543

Ἐπιέλπομαι, spero; ἐπιέλπεο, *Ion. pro* ἐπιέλπου, 2. *sing. præs. imperat.* 545
ab ἔλπομαι, *apud poëtas pro* ἐλπίζω, *idem; ab* ἐλπὶς, ίδος, ἡ, spes, *ab*
ἔλδω, cupio, *et* πάω, possideo.

Χαλεπὸς, ἡ, ὸν, perniciosus, molestus, difficilis; *à* χαλέπτω, damno 546
afficio: *quod, secundum Martinium, à* χολὴ, ῆς, ἡ, bilis.

Ἐπιεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, consentaneus, decens; ἐπιεικὲς, *subintelligitur* 547
ἐστὶ, decet, par est, æquum est, *ab* εἴκω, *cujus præt. med.* ἔοικε, *imper-
sonaliter sumptum, sæpè exponitur*, æquum est.

Ἀκούω, audio, *fut.* ἀκούσω, *perf.* ἤκουκα, *aor.* 2. ἤκοον· ἀκουέμεν, *Ion.
pro* ἀκούειν, *præs. inf. ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, acies: *acutus enim est sensus audi-
endi, inquit Martinius.*

Εἴσεται, 3. *sing. fut. med. ab* εἴδω, scio. 548

Ἕκαστος, άστη, αστον, singuli; *ab* ἑκὰς, procul, *ut sint tam ii procul* 550
absunt, quàm ii in propinquo, Harmar.

Διείρεο, interroga, *Ion. pro* διείρου, 2. *s. præs. imperat. verbi* διείρομαι.

Μεταλλάω, *fut.* ήσω, scrutor, inquiro diligenter, exquiro, percontor.
Metaph. sumpta à metallorum scrutatione, quâ nihil περιεργότερον, *inquit
Eustath. à* μέταλλον, ου, τὸ, metallum, *quod à* μετὰ, *et* ἄλλος, *quia in iisdem
venis diversa metalla diversantur*, Harm. *vel, quia adinvenitur et eruitur*
ἄλλο μετ' ἄλλο, *sc. effodiendo: vel*, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι,
Eustath. ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia.

Βοῶπις, ώπιδος, ἡ, quæ habet bovinos oculos, *id est*, nigros et rotun- 551
dos, *ideoque* venustos; *à* βοῦς. *Eustath. scribit Junonem ita dictam*,
ἀπὸ τῆς βοῆς διὰ τοὺς ἀερίους ἤχους, *à clamore vel sonitu quem aër edit.
Juno enim elementum aëris esse putabatur, igitur mytholog. hinc Juno
fingitur tantùm semper litigando delectari.*

552 Κρονίδης, ου, ὁ, Saturni filius, *præcipuè* Jupiter : *ἀ* χρόνος.
553 Λίην, *Ion. pro* λίαν, valde, admodum.
554 Εὔκηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, quietus, mitis, *pro* ἕκηλος, *addito* υ *Æol.* ἕκηλος, *autem ab* εἴκω, cedo ; *nam qui cedit* ἡσυχάζει.

Φράζομαι, intelligo, video, considero, consilium ineo ; φράζεαι, *Ion. pro* φράζῃ, 2. *sing. præs. pass. à* φράζω, dico.

Ἄσσα, quæcunque ; *et Att.* ἄττα· ἄττα *significat* aliqua, quædam ; *ab* ἃ *et* σὰ, *Megarensium linguâ significante* τινά· ἄττα *etiam est vox, quâ juniores compellant senes, quasi,* pater ; ι. 603. φοῖνιξ, ἄττα, γεραιέ.

Ἐθέλησθα, *poëtica paragoge pro* ἐθέλῃς, velis, 2. *sing. præs. subj. verbi* ἐθέλω, volo.

555 Δείδοικα, valdè timeo, *primæ syllabæ ectasi poëticâ, pro* δέδοικα, *perf. med. verbi* δείδω.

Παρείπω, moneo, seduco : παρείπῃ, 3. *sing. præs. subj. sed propriè,* alloquor : *exponitur et* decipio.

556 Ἁλίοιο, *pro* ἁλίου, *ab* ἅλιος, ία, ιον, marinus, *ab* ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare ; ἅλιος γέρων, Proteus. *Vid.* δ. 26.

558 Ἔτυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, verus, *et anadipl.* ἐτήτυμος· ἔτυμον *et* ἐτήτυμον *neutra, usurpantur adverbialiter, pro* verè, certè, revera ; *hinc* τὸ ἔτυμον, *et* ἐτυμολογία, ας, ἡ, vera origo vocabuli, veraque aut verisimilis originis ratio : ἔτυμος *derivatur ab* ἐτὸς, ἡ, ὸν, verus, *quod ab* εἰμὶ, *sicut* θετὸς, ἡ, ὸν, *à* τίθημι.

561 Δαιμόνιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, divinus, beatus, augustus, admirandus ; *et aliquando in malam partem, pro* infelix, miserandus, *ut hìc ;* δαιμονίη, *inquit interp. id est,* κακὴ κεφαλὴ, *à* δαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Deus, numen, genius prudens, *ante.*

Οἴεαι, *Ion. pro* οἴῃ, putas, suspicaris, 2. *sing. præs. ind. verbi* οἴομαι.

562 Πρῆξαι, *Ion. pro* πρᾶξαι, *aor.* 1. *inf. verbi* πράττω.
563 Ἔσεαι, eris, *Ion. pro* ἔσῃ, 2. *sing. fut. verbi* εἰμί.
564 Μέλλω, *cum infin. significat* sum. *Infinitivus autem futuro participio exponitur :* ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι, mihi placebit, β. 36. ἃ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε, quæ non erant eventura, exitum habitura ; *aliquando significat* debet, β. 116. οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι, sic Jovi debet placere ; *aliquando* potest, σ. 362. καὶ μὲν δή πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι, vel aliquis sanè potuerit homo homini perficere ; *exponitur etiam* paro, cunctor, differo : *fut.* μελλήσω, *tanquam à* μελλέω.
565 Κάθησο, sedeto, 2. *sing. imperat. præs. verbi* κάθημαι.
567 Ἄαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tangi non potest ; *vel,* cui quis nocere nequit ; *ex consequente,* fortis : *si priorem habeat significationem, derivatur ab* α *priv. et* ἅπτομαι, attingo, apprehendo, capesso ; *si posteriorem, ab* ἰάπτω, noceo, *quod ab* ἴψ, ἰπὸς, ὁ, vermis ligna corrodens : ἄαπτος, *ellipsi* τοῦ ι, *pro* ἀίαπτος· *potest etiam* α *accipi* ἐπιτατικῶς, *et tunc significat eum, qui aliis infert mala,* invictus.

Ἐφείω, *poët. pro* ἐφῶ, *resoluto* ω *circumflexo in* έω, *deinde metri causâ interjecto* ι, 1. *sing. aor.* 2. *sub. act. ab* ἐφίημι, omitto, injicio.

569 Καθῆστο, sedebat, 3. *sing. plusq. perf. pass. verbi* καθέζομαι, *perf.* -ῆσμαι, *plusq. perf.* -ήσμην, ῆσσο, ῆστο· *vel poët. pro* καθῆτο, *Ion. pro* ἐκάθητο, 3. *sing. imperf. verbi* κάθημαι.

Γνάμπτω, *fut.* ψω, inflecto, deprimo, persuadeo, domo ; ἐπιγνάμψασα, *nom. fœm. part. aor.* 1. *à* κάμπτω, *idem ; hinc* ἐπικάμπτω, persuadeo, animum ad alicujus voluntatem inclino.

Ὤχθησαν, molestè tulerunt, 3. *plur. aor.* 1. *verbi* ὀχθέω. 570

Οὐρανίων, ωνος, ὁ, cœlicola ; *ab* οὐρανὸς, οῦ, ὁ, cœlum.

Ἥφαιστος, ου, ὁ, Vulcanus, *ita dicitur ab* ἅπτω, tango ; ὅτι αὐτοῦ οὐκ 571
ἔστιν ἅψεσθαι, non eum licet tangere ; *accipitur pro igni.*

Κλυτοτέχνης, ου, ὁ, inclytus artifex ; *à* κλυτὸς, ἡ, ὸν, inclytus, *et* τέχνη, ης, ἡ, artificium ; *hinc* τεχνάομαι, fabricor, arte conficio, aliquid dolosè machinor, *seu* molior.

Ἐπίηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, gratus, desiderabilis ; *per syncop. pro* ἐπιήρανος, 572
idem ; in plurali τὰ ἐπίηρα, *ut hìc ; ab* ἐράω, diligo, desidero, *verso* ε *in* η, ἐπίηρα φέρειν, gratificari.

Ἀνεκτὸς, ἡ, ὸν, tolerabilis, tolerandus, ferendus ; *ab* ἀνέχω, tolero. 573

Ἐριδαίνω, contendo ; ἐριδαίνετον, 2. *dual. ind. præs. ab* ἔρις, ιδος, ἡ, con- 574
tentio.

Κολοιὸς, οῦ, ὁ, graculus ; *hinc* κολοιάω, graculorum more vocem edo ; 575
κολῳὸς, οῦ, ὁ, strepitus, tumultus, turbatio. *Metaph.* ἀπὸ τῶν κολοιῶν, *id est*, à graculis ; *quippe aves quæ gregatim volare solent magno cum garritu, strepituque ; hinc* κολῳάω, tumultuor.

Ἦδος, τὸ, jucunditas, voluptas, *cum leni Æol. pro aspirat. est inde-* 576
clinabile ; ab ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis ; ἧδος, εος, τὸ, *cum aspirat.* acetum *significat.*

Παράφημι, persuadeo, hortor. 577

Νοεούσῃ, intelligenti, *dat. sing. fœm. part.* νοέων, *à* νοέω.

Νεικείῃσι, *pro* νεικέῃ, 3. *sing. præs. subj.* νεικέῃσι, *metri causâ*, νεικείῃσι. 579

Ταράσσω, *seu* ταράττω, *f.* ξω, commoveo, turbo : *per tmesin pro* συνταράξῃ, 3. *sing. aor.* 1. *subj. propriè dicitur de aquâ, cùm limum in eâ commovemus* ; *à* ῥάσσω, pulso, dejicio, frango ; *hinc* ἀράσσω, pulso, *et præponendo* τ, ταράσσω.

Ἀστεροπητὴς, οῦ, ὁ, fulgurum auctor ; *ab* ἀστεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgur, *poët.* 580
pro ἀστραπὴ, *et hoc ab* ἀστράπτω, fulguro, *quasi* ἄστρα ἰάπτω, *ab* ἀστὴρ, έρος, ὁ, *sive*, ἄστρον, ου, τὸ, astrum, *et* ἰάπτω, mitto. Παρὰ τὸ ἀστέρας ἰάπτειν (*inquit Eustath.*), *id est*, ἀστεροειδεῖς θέας πέμπειν, emittere fulgorem instar astri. *Sunt qui* ἀστεροπὴ *factum dicunt à* στεροπὴ, *idem ; hoc autem* παρὰ τὸ στερεῖν τοὺς ὦπας τοῦ ὁρᾷν, quòd oculos visu spoliat ; *vel*, παρὰ τὸ ἀναστρέφειν ποιεῖν τοὺς ὦπας, quòd avertere cogat oculos.

Στυφελίζω, *fut.* ξω, asperè tracto, depello, everto, quatio, agito, dis- 581
jicio, deturbo ; *à* στυφελὸς, ἡ, ὸν, durus, asper ; *quod à* στύφω, astringo : *quòd quæ astringuntur et inspissantur, soleant indurari.*

Φέρτατος, άτη, ατον, præstantissimus, *superl.* τοῦ ἀγαθὸς, *à* φέρω.

Καθάπτεσθαι, *infin. pro imperat. more Attico ;* καθάπτομαι, tango ani- 582
mum dictis ; *item* mulceo ; καθαπτικοὶ λόγοι, mordacia dicta.

Μαλακὸς, ἡ, ὸν, mollis, mitis, placidus, indulgens : à μαλάσσω, *fut.* ξω, mollio.

Ἵλαος, ου, ὁ καὶ ἡ, placidus, propitius, benignus, clemens ; *ab* ἱλάομαι, 583
fut. άσομαι, placo.

584 Ἀναΐσσω, *fut.* ξω, sursum ruo, surgo; ἀναΐξας, *aor.* 1. *part. ab* ἀνὰ, *et* ἀΐσσω, ruo, cum impetu feror.

Ἀμφικύπελλον, ου, τὸ, poculum utrinque ansatum, *vel* labia introrsus inflexa habens: *quidam exponunt poculum geminum, ut Gaza ex Aristotele annotat: ubi ait ille cellulas favorum esse geminas, ut sunt* ἀμφικύπελλα, *ab* ἀμφὶ, *in compositione*, utrinque, circum, *et* κύπελλον, ου, τὸ, cyathus; *sic dictum* ἀπὸ τῆς κυφότητος, ob concavitatem *vel* curvitatem, *à secundo aor. verbi* κύπτω, *fut.* ψω, pronus sum, inclino caput. *Sunt qui dici referunt quasi* χύπελλον, ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ πηλὸν, *id est*, vinum. *Nota*, δέπας *semper cum* ἀμφικύπελλον adjungi.

585 Τίθει, 3. *sing. imperf. pro* ἐτίθει, *et Attic.* ἐτίθη, *transumpta ab inusitato* τιθέω.

586 Τέτλαθι, *præs. imperat. à* τέτλημι, *à* τλάω; *sunt tamen qui aor.* 2. *esse dicunt, habereque anadiplasiasmum Ionicum, pro* τλὰ, *et* τλάθι *legitur et* τέτλα *pro* τέτλαθι.

587 Ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ, oculus, *quasi* ὀπταλμός· *ab* ὄπτομαι, video, *et* ἅλλομαι, salio; δι' οὗ ἅλλεται τὸ ὁρατικὸν, in quo visus salit, *aut* ex quo salit visio; *vel quasi* ὀπῶν θάλαμος, *per syncop.*

588 Θεινομένην, cæsam, *acc. sing. fœm. part. præs. pass. verbi* θείνω.

589 Ἀργαλέος, έα, έον, molestus, difficilis, *pro* ἀλγαλέος, ρ *pro* λ *Attic. ab* ἄλγος, εος, τὸ, *vel quasi* ἐργαλέος, *ab* ἔργον, opus.

Ἀντιφέρομαι, resisto, obviàm me fero, occurro in certamine, repugno.

590 Ἄλλοτ', *pro* ἄλλοτε, aliàs, alio tempore.

Ἀλέξω, arceo, adjuvo, opem fero; *tempora sumit ab* ἀλεξέω· *fit ex fut.* 1. ἄλξω, *interjiciendo* ε, *ab* ἄλκω, *inusit. quod ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur; *sed* ἀλέγω, *fut.* ξω, curam gero; ἀλεξέμεναι, *Dor. pro* ἀλέξειν.

Μάω, paro, cupio, quæro, *præt* μέμακα, *per syncop.* μέμαα, *hinc partic.* μεμαὼς, υῖα, ὸς, *hinc etiam* μέμαμεν, ι. 638. *pro* μεμάκαμεν, *et* μέμασαν, β. 863. *pro* μεμήκεισαν, *vel* μεμάκεσαν.

591 Ῥίπτω, *fut.* ψω, projicio, præcipitem do; *à* ῥέπω, vergo.

Τάζω, prehendo, capio, tendo, extendo; *venit à* τείνω· *hinc aor.* 2. ἔταγον, *et reduplicat.* τέταγον, *partic.* τεταγὼν *pro* ταγών. *Poëtæ nonnunquam perfecti augmentum reliquis cujusvis modi temporibus, maximè verò aor. tribuunt.* ποδὸς *regitur à participio* τεταγὼν, *Dunbar. Coll. Græc. Min. p.* 164.

Βηλὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, limen domûs; *à* βάω, *et* λίαν, *quòd per limina sæpiùs eatur*, Harm. *sed* βέλος, εος, τὸ, *cum* ε, telum, *à* βάλλω.

Θεσπέσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, divinus, magnus, mirificus; ἐκ θεοῦ πεσών· *vel* ὃν θεὸς ἂν ἐνίσποι *à* θέσπις, ιος, ὁ καὶ ἡ, vaticinus, divinus, *à* θεὸς, *et* ἕσπω, *poëtic. pro* ἔπω· *hinc* θεσπίζω, vaticinor.

592 Ἦμαρ, ατος, τὸ, dies, *poët. pro* ἡμέρα, *quod deducitur ab* ἥμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, suavis, *ad differentiam noctis quæ horrida et immitis est; vel* ἀπὸ τοῦ ἱμείρειν, *quasi* ἱμέρα, *quòd eam maximè homines desiderent; vel quasi* ἅμα ἕῳ ῥέουσα, simul cum aurorâ fluens; *hinc* σήμερον, η. 30.

593 Κάππεσον, *Æol. syncope pro* κατέπεσον, *aor.* 2. *verbi* καταπίπτω, *poët. rejecto* α, *et mutato* τ *in literam sequentem, euphoniæ gratiâ.*

Ἐνῆεν, *poët. pro* ἐνῆν, *ab* ἦν, 3. *sing. imperf. verbi* εἰμὶ, *Ion.* ἔα· *poëticâ ectasi*, ἦα, ἦες, ἦε.

Κομίζω. *fut.* σω, curam gero, habeo, capio, recipio, excipio; *item* 594 gesto, veho, porto; κομίζομαι, *voce mediâ, idem;* κομίσαντο *pro* ἐκομίσαντο, 3. *plur. aor.* 1. *à* κομέω, curam gero.

Μειδάω, *vel* μειδέω, *fut.* ήσω, rideo, subrideo; μείδησεν *pro* ἐμείδησεν, 3. 595 *sing. aor.* 1. *à nomine* μεῖον, *quod de minore et leniore risu quàm* γελᾷν· *vel à* μεῖον, *et* ὀδοὺς, dens; *quòd subrisione dentes parum nudentur,* Harm.

Οἰνοχοέω *et* οἰνοχεύω, vinum infundo, potum ministro, pincernæ mu- 598 nere fungor; ᾠνοχόει, 3. *sing. imperf. ab* οἰνοχόος, ου, ὁ, pincerna; *quod ab* οἶνος, ου, ὁ, vinum, *et* χέω, fundo; οἰνοχοεῖσθαι *autem dicuntur convivæ, à ministris vinum accipientes.*

Νέκταρ, ρος, τὸ, *vini genus, compositum ex favis et floribus odoratis, ex quo poëtæ finxêre deos bibisse; à* νὲ, *et* κτῶ, occido, *inquit Martin. quòd diis immortalem vitam suppeditet; sed Harmarus annotat, ex Suida, dici quasi* νέον κτέαρ, nova possessio; *juventutem enim ætate deperditam restituit.*

Ἀφύσσων, ουσα, ον, hauriens, *part. præs. verbi* ἀφύσσω.

Ἄσβεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel* ἄσβεστος, η, ον, inextinguibilis, immensus; 599 *ab* α *privat. et* σβεννύω, *sive* σβέννυμι, extinguo: *tempora sumit à* σβέω.

Ἐνῶρτο, excitatus est, 3. *sing. plusq. passivi;* ὤρμην, ὦρσο· *ab* ἐνόρω.

Γέλως, ὁ, risus; *genit.* γέλωτος *vel* γέλως, *dativ.* γέλω, *unde in dat. Odyss.* σ. 99. γέλω ἔκθανον, *et in accus. Odyss.* σ. 349. γέλων ἑτάροισιν ἔτευξεν· *à* γελάω, rideo; *quod ab* ἕλη, ης, ἡ, *id est,* calor; *è caloris enim copiâ risus profluit, ad quod etymon alludit Homerus hoc in loco, ubi dicit* ἄσβεστος γέλως, major risus, quàm extingui potest: *sumpta metaph. ab igne; Martinius deducit à* γέλα, splendor solis; *quòd risus sit serenitati similis.*

Ποιπνύω, *et* ποιπνεύω, aliquid sedulò ago, satago, valde occupor, mi- 600 nistro; ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, *et* πνεύειν, *nam qui satagit, et properanter opus facit, anhelat; hinc* ποιπνὸς, οῦ, ὁ, minister, famulus. ποιπνύοντα, *Angl.* hobbling *or* bustling about, *acc. sing. m. part. præs. Vid. Sam. Clarke, et Dunbar. Collect. Min. Not. in loc.*

Πρόπας, ασα, αν, totus; *à præpositione* πρὸ, *et* πᾶς, omnis, universus. 601

Φόρμιγξ, γγος, ἡ, cithara; *deducit Eustath.* παρὰ τὸ φροίμιον, *quod per* 603 *syncopen dicitur pro* προοίμιον, *propriè,* præcentio. *Etym. dici tradit quasi* προοίμιγξ· παρὰ τὸ προηχεῖσθαι τῆς οἴμης, *primò enim solitus est Apollo citharam pulsare, deinde musarum cantus, vel carmina sunt subsecuta. Harmarus autem à* φέρω, *et* ὦμος, ου, ὁ, *quia humeris fertur; fortasse à* φέρω, *et* μηνίζω, *quòd musica, lætitiæ comes, dolorem et iram avertat.*

Μοῦσα, ης, ἡ, musa, dea cantûs; *à* μάω, quæro; *quoniam est* πά- 604 σης παιδείας αἰτία. *Plutarchus dici putat ab amore mutuo, quem inter se exercebant, quasi* ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας· *alii quasi* ὁμοιούσας, *quòd uno nexu omnes disciplinæ teneantur. Eustath. à* μυεῖν, docere.

Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, splendidus; *à* λάμπω, *fut.* ψω, splendeo. 605

Φάος, εος, τὸ, lux, lumen: *quod contractum est* φῶς, φωτὸς, τὸ, *à* φάω, luceo; φὼς, ὁ, vir, *apud poëtas.*

Κακκείω, dormiturio, *magis somni cupiditas, quàm tempus hoc verbo* 606

significatur, quod verbis in είω *est familiare; pro* κατακείω· *ab antiquo verbo* κέω, *pro* κεῖμαι, jaceo ; *hinc* κακκείων, ουσα, ον, dormiturus.

607 Ἧχι, *et* ἧπερ, quomodo, ubi, *pro* ᾗ, *idem: ab* ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

Ἀμφιγυήεις, ήεσσα, ῆεν, utrinque claudus, *id est*, utroque pede ; *à* γυιὸς, ἡ, ὸν, claudus, *quod est à* γυῖον, ου, τὸ, membrum, γ. 34. *in plur. propriè*, pedes ; ἀμφιγυήεις, *epitheton Vulcani apud Homer. qui claudus fuit, ex quo ob deformitatem à parentibus cœlo dejectus est.*

608 Εἰδυίῃσι, scientibus, sapientibus, *Ion. pro* εἰδυίαις, *dat. plur. fœm. part. perf. ab* εἰδέω, εἰδηκὼς, *et per syncop.* εἰδώς.

Πραπὶς, ίδος, ἡ, præcordia ; *item* ratio, mens, solertia, prudentia : *quòd mentis sedes sunt præcordia seu pectus ; sed usurpatur in plurali tantùm.*

610 Κοιμᾶθ' *pro* ἐκοιμᾶτο, cubabat, *3. sing. imperf. verbi* κοιμάομαι.

Ὕπνος, ου, ὁ, somnus ; παρὰ τὸ ὑποπνεῖν, *quòd dormientes, si sani sint, molliùs et submissiùs ducant spiritus ; alii* παρὰ τὸ λύειν τοὺς πόνους, *quasi* λύπονος· *nam Homer. vocatur*, λύων μελεδήματα θυμοῦ, ψ. 61.

611 Ἔνθα, ἐνθάδε, ubi, ibi, hic, illic.

Εὕδω, dormio, *ab* ἕω, colloco ; *quòd cubantes ad somnum se componant ; vel ab* εὖ, bene ; *et* ἕδω, edo, *qui liberaliùs se cibis invitant, plerumque somnolenti sunt, inquit Harmarus ; in prosâ usurpatur potiùs* καθεύδω. Κάθευδ' *pro* ἐκάθευδε, *3. sing. imperf.*

Ἀναβὰς, ᾶσα, ὰν, ascendens ; *part. ab* ἔβην, *à* βαίνω.

Παρὰ δὲ, juxta verò.

CLAVIS HOMERICA

IN B'. ILIADIS.

1 Ἱπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, galeatus, habens conum ex caudâ equinâ, eques bellicosus, ex equo pugnans ; *ab* ἵππος, ου, ὁ, vel ἡ, equus, (*quod ab* ἵπταμαι, *et* ποῦς, *quòd pedibus sit volucribus*) *et* κορύσσω, galeâ armo, *item* armo *in genere*, concito, *sic in* δ. 424. *et* 442. *à* κόρυς, υθος, ἡ, galea.

2 Εὗδον *pro* ηὗδον, *ab* εὕδω, dormio. *Vide* α. 611.

Παννύχιος, ία, ιον, per totam noctem ; *à* πᾶς, *et* νὺξ, κτὸς, ἡ, *est etiam* πάννυχα *et* πάννυχος, κ. 159. τί·πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς ;

Νήδυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, dulcis ; *pro* ἥδυμος, *pleonasm.* τοῦ ν, *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis, *vel* profundus, *unde vix emergere vel excitari possis : à* νὴ *privat. et* δύω, emergo, ingredior, induo, *à* δύνω, *idem.*

Μερμήριζε, cogitabat, *Ion. pro* ἐμερμήριζε, 3. *sing. imperf. ind. verbi* 3
μερμηρίζω, *f.* ξω.

Πολὺς, πολλὴ, πολὺ, multus, frequens. *Genitivus* πολλοῦ, *irregulariter* 4
formatur, tanquam à πολλὸς· *sed poëtæ aliquando regulariter formant,* πολέος· *sic etiam nom. plur.* πολέες, πολεῖς· *gen.* πολέων, *et accus.* πολέας, πολεῖς. *Vide a.* 3.

Βάσκω, *apud poëtas pro* βαίνω, vado; βάσκ' ἴθι, *id est,* vade, accelera: 8
à βάω, *inusit.*

Ἀτρεκέως, *Ion. pro* ἀτρεκῶς, verè, *ab* ἀτρεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, verus, *ab* α 10
privat. et τρέω, timeo: *quia qui verè dicit, non timet; vel à* τρέχω, curro, *ut sit,* ὁ μὴ παρατρέχων τὴν ἀλήθειαν, qui non veritatem transgreditur. *Iones adverbiis derivatis ab adjectivis primæ declinationis contractorum ponunt* ε *ante* ως.

Ἕ, ipsum; *ab* οὗ, sui. 11

Κελεύω, *f.* σω, jubeo, hortor; *à* κέλω, *idem.*

Καρηκομάω, caput comatum habeo; *à* κάρη, τὸ, *indecl.* caput, *et* κομάω, comam nutrio; *quod à* κόμη, ης, ἡ, coma, cæsaries culta.

Πανσυδίη, omni impetu, festinantissimè; *vel* cum toto exercitu, πανστρατί· *à* σεύω, concito, impello. 12

Εὐρυάγυιος, ία, ον, latas vias habens, lativius; *ab* ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via *pro vico, quod ab* ἄγω, duco; *vel secundum Hesych.* ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, quòd per eam membra ducamus, *id est,* eamus. *Secundum Suidam,* παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πῶς γυῖα καὶ κάμψεις, quòd non habeat membra neque flexus, *id est,* anfractus.

Ἀμφὶς, utrinque, sine, seorsum, diversè, *ut hìc; ab* ἀμφί. 13

Ἐφάπτομαι, attingo, capesso, pertineo, impendeo. *Attic. pass. pro* 15
activ. et contra: sic nomin. pro vocat. et contra; sic superl. pro compar. et contra: ἐφῆπται, *præt. pass. ab* ἐπὶ, *et* ἅπτω, necto, *fut.* ἅψω, *præt.* ἧφα, *aor.* 2. ἧφον, *pret. med.* ἧφα, *pass.* ἧμμαι, *aor.* 1. ἥφθην.

Κιχάνω, *à* κιχέω, invenio, ἐκίχανεν, 3. *sing. imperf.* 18

Χύω, fundo, *fut.* χύσω, *præt.* κέκυχα, *præt. pass.* κέχυμαι, *aor.* 1. ἐχύ- 19
θην· κέχυθ' *pro* ἐκέχυτο, 3. *sing. plusq. pass. à* χέω, *idem.*

Νηλήϊος, α, ον, *possessivum à* Νηλεὺς, Neleus, *nom. propr. viri.* 20

Τῖ', honorabat, *pro* ἔτιε, 3. *sing. imperf. ind. verbi* τίω. 21

Ἐεισάμενος, *Attic. pro* εἰσάμενος, η, ον, *ex* εἰσάμην, similis fui, *aor.* 1. 22
med. τοῦ εἴδω.

Θεῖος, θεία, θεῖον, divinus; *à* θεὸς, οῦ, ὁ, deus; *contract. ex* θέειος, *seu* θέϊος.

Δαΐφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, bellicosus, in bello prudens; *à* δάϊος, ΐα, ον, 23
hostilis, *vel* prudens; *à* δαίω, uro, *vel* disco, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἱππόδαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, equorum domitor; *ab* ἵππος, *et* δαμάω, domo.

Ἐπιτρέπω, committo, curæ trado. *Sed* ἐπιτρέφω, nutrio: ἐπιτετράφα- 25
ται, 3. *plur. perf. Ion. pro* ἐπιτετραμμένοι εἰσί.

Μέμηλα, curæ sum, *præt. med. à* μέλει, *per ectasin pro* μέμολα, *aut per syncopen pro* μεμέληκα, *præt. activ. hinc* μεμήλει, curæ erat, *infrà* 614; *et* μεμηλὼς, υῖα, ὸς, curans; πλούτοιο μεμηλὼς, ε. 708. *quod aliquando* qui curæ est.

Ξύνες, 2. *sing. aor.* 2. *act. imper. à* ξυνίημι, *communiter per* σ, σύνες. 26

27 Ἄνευθεν, procul, remotè; *legitur cum genit. ut* π. 89. ἄνευθεν ἐμεῖο, sine me; ab ἄνευ.

Ἐλεαίρω, misereor, *idem quod* ἐλεέω, *poët. ab* ἔλεος, ου, ὁ, *vel* εος, ους, misericordia; *hinc* ἐλεῶ, misereor.

33 Ληθὴ, ῆς, ἡ, oblivio; *à* λήθω, *suprà.*

34 Μελίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dulcia sapiens, jucundus, dulcis, mellitus: *hìc epithetòn somni; vini,* ζ. 264. οἶνον μελίφρονα. Θ. 188. μελίφρονα πυρὸν, suave triticum, *id est,* τίφην, commodissimum equorum pabulum. *Odyss.* ω. 486. σίτοιο μελίφρονος, cibus dulcis; *à* τὸ μέλι, mel, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἀνήω, *Atticè pro* ἀνείω, *poët. pro* ἀνέω, *Ionic. pro* ἀνῶ· *communiter, aor.* 2. *subj. ab* ἀνίημι, remitto, manu emitto, dimitto.

37 Φῆ *pro* ἔφη, *aor.* 2. *à* φημὶ, *hìc,* puto.

Κεῖνος *pro* ἐκεῖνος, *poët. et Æol.*

38 Νήπιος, ίου, ὁ, imbecillis *et* infirmus, *adject. Si ad ætatem referatur,* parvulus *et* infans; *etiam de brutis: si ad animum, significat* stultum, insipientem, *ut hìc,* dementem; *à* νὴ, *privat. et* ἔπω, dico, qui loqui non possit; *sed* ἤπιος, ία, ιον, blandus, mitis, placidus, humanus, δ. 218.

Ἤδη, *Att. pro* ᾔδεε, *Ion. quod est pro* ᾔδει, 3. *pers. plusq. med. verbi* εἴδω, scio: *est etiam* ᾔδη *Att. pro* ᾔδεα, *quod Ion. pro* ᾔδειν, 1. *persona sing.*

39 Στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus: *quod à* στόνος, ου, ὁ, *hoc autem à* στενὸς, ἡ, ὸν, angustus, arctus.

40 Ὑσμίνη, ης, ἡ, pugna, bellum, *ab* ὑπομένω, sustineo, tolero: *quòd pugna et insultus hostium sustineatur, pro quo dicitur etiam* ὑσμῖνι, β. 863. μέμασαν ὑσμῖνι μάχεσθαι· *hinc etiam adverb.* β. 477. ὑσμίνην δ' ἴεναι, ut ad prælium irent.

41 Ἐγείρω, excito, suscito, expergefacio; *Angl.* to excite, raise up, rouse; ἐγείρομαι, *pass.* excitor; *sed plerumque patitur syncop.* ἔγρομαι, *unde* ἔγρετο, *pro* ἐγείρετο, 3. *sing. imperf.*

Ἀμφέχυτο *pro* ἀμφικέχυτο, circumfusus erat, 3. *sing. plusquamperf. pass. dempto augmento; ab* ἀμφιχέω.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ, *propriè,* divina vox, vaticinium; *ab* ὢν, οὖσα, ὂν, *et* φημὶ, *quasi* ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, aperiens id quod est, veritatem prodens: *est etiam* fama, somniorum visio; *hinc* ὀμφήεις, εσσα, εν, εντος, vaticinans, vates.

42 Ὀρθόω, *f.* ώσω, dirigo, erigo, attollo; ὀρθοῦμαι, erigor, *seu* erigo me; *ab* ὀρθὸς, ἡ, ὸν, rectus; ὀρθωθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass.*

Χιτὼν, ῶνος, ὁ, vestis interior, *ut hìc, vel* vestis exterior, *vel* vestis militaris, cui arma superinduuntur; *aliquandò* lorica, *vel* vestis quæcunque; *derivatur autem* χιτὼν *à* χέω, fundo: *quoniam* περιχεῖται τῇ σαρκὶ, corpori circumfunditur.

43 Νηγάτεος, ου, ὁ καὶ ἡ, novus, nuper factus: *à* νέος, α, ον, novus, *et* γίνομαι, fio, *quasi* νεηγάτεος, *id est,* νεωστὶ γενόμενος, *inquit Eustath.*

Φᾶρος, εος, τὸ, pallium, vestis exterior, virilis; *aliquando et* fœminea: *in plurali aliquando significat* lintea. *Odyss.* ν. 108. ἔνθα δὲ Νύμφαι

φάρε' ὑφαίνουσι ἁλιπόρφυρα, illic Nymphæ texunt lintea cærulea; *idem*
χλαμὺς, ὕδος, ἡ, vestis quæcunque exterior.

'Υπαὶ, *poët. pro* ὑπὸ, *ut et* παραὶ *pro* παρά· *hic cum dativo, aliquando* 44
cum genit. aliquando cum accus. vel ὑπαὶ, *hic per tmesin, pro* ὑποδήσατο,
3. *sing. aor.* 1. *med.*

Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, unctus, pinguis; *à* λίπος, εος, τὸ, pinguedo; *est etiam*
λιπαρὸς, maturus, formosus, lautus, splendidus; *à* λίαν, *et* πῖος, εος, τὸ,
pinguedo.

Πέδιλον, ου, τὸ, talare, pedis vinculum, calceus; παρὰ τὸ περιειλῖσθαι
αὐτὰ τοῖς ποσίν· *secundum illud Virg.* pedum circumdat vincula plantis;
unde Eustath. annotat, olim cum diphthongo scriptum fuisse πέδειλον.

'Αργυρόηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, argenteos habens clavos; ἀργυροῖς ἥλοις διαπε- 45
παρμένος, argenteis clavis distinctus; *ab* ἧλος, ου, ὁ, clavus.

Πατρώϊος, α, ον, paternus; *Ionicè affigitur* ι, *quod Attici subscribunt;* 46
πατρῷος, ῴα, ῷον, *idem.*

῎Αφθιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, incorruptus, corruptioni minimè obnoxius; *item*
immortalis, æternus; *ab* α *priv. et* φθίνω, corrumpo.

Προσεβήσατο, conscendit, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* προσβαίνω. 48

Φόως, lumen, *pro* φῶς, *per pleonasmum literæ* ο· *à* φάω, luceo. 49

Λιγύφθογγος, ου, ὁ καὶ ἡ, clamosus, argutam vocem edens; *à* λιγὺς 50
εῖα, ὺ, sonorus, *et* φθέγγω, sono, loquor, vocem edo.

Κηρύσσω, *fut.* ξω, præconem ago, per præconem jubeo, præconio vo- 51
co *aut* convoco.

῞Ιζω, sedere facio, struo, constituo, colloco, considere facio, ut *hic;* 53
aliquando neutraliter, sedeo: *ab* ἕζω, *verso* ε *in* ι.

Συγκαλέω, *fut.* έσω, convoco; *à* καλέω. 55

Πυκινὸς, νὴ, νὸν, prudens, astutus, *ut hic; aliquando* densus, δ. 281.
πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες, densæ movebantur phalanges; *fit ex* πυκνὸς
(*interjecta* ι), *idem, quod ex* πύκα (*quasi* πυκανὸς), densè, spissè, accuratè,
affabrè; *hinc* πυκάζω, tego, denso, munio.

'Αρτύνω *vel* ἀρτύω, apparo, instruo, condio; ἀρτύνομαι, apparor, *vel*
apparo, *ut hic: ab* ἄρω, apto; ἠρτύνετο, 3. *sing. imperf.*

'Ενύπνιον, ου, τὸ, insomnium, quod se dormienti obtulit; *accipitur* 56
etiam adverbialiter, per somnum, in somnis, *ut hic; ab* ὕπνος, ου, ὁ,
somnus.

Εἶδος, εος, τὸ, facies, species, figura, *ut hic; aliquando* forma, pulchri- 58
tudo: *ab* εἴδω.

Μέγεθος, εος, τὸ, magnitudo, proceritas, statura: *à* μέγας, άλη, α,
magnus.

῎Αγχιστα, proximè, maximè; *aliquando cum genit. aliquando cum
dat. hic autem sine casu; pro* ἄγχιστα *dicitur,* ξ. 470. ἄγχι μάλιστα:
hinc ἀγχιστεύω, sum propinquus, *et* ἀγχιστεὺς, έως, ὁ, cognatus, propin-
quus: *ab* ἄγχι, *vel* ἀγχοῦ, *adverb.* prope, juxta: *quod etiam regit ge-
nit. et dativum.*

'Εῴκει, *pro* ἐοίκει, simillimus erat, *3. s. plusq. m. verbi* εἴκω, similis
sum: *sic* ἐώλπειν, *pro* ἐόλπειν, *ab* ἔλπω· *et* ἐώργειν, *pro* ἐόργειν, *ab* ἔργω,
quia omnia assumunt aliquid augmenti præter augmentum præteriti,

ut sic scriberentur ἠοίκειν, ἠόλπειν, ἠόργειν· *sed poëticâ licentiâ hoc augmentum transfertur è primâ in secundam syllabam.*

74 Ὠχόμην, ου, ετο, *aor.* 2. *med. verbi* οἴχομαι.

Ἀποπτάμενος, η, ον, *part. aor.* 2. *med. ab* ἀπεπτάμην, *præs.* ἀφίπταμαι *ab* ἀπὸ *et* ἵπταμαι (*quod à* πτάω, *idem*), *ut* ἵσταμαι, *aor.* 2. ἐστάμην, *part.* στάμενος· ἵπταμαι, volo; ἀφίπταμαι, avolo, evolo: *sæpè dicuntur ambo de iis, quæ cito cursu avium more feruntur; est etiam* ἔπτην *in activâ, quasi ab* ἵπτημι.

73 Πειρήσομαι, tentabo, *fut. med. verbi* πειράω.

74 Πολυκλήϊς, ΐδος, ὁ καὶ ἡ, *Ion. pro* πολυκλεὶς, multas habens clausuras, *vel* compages, *seu* sedes; *à* πολὺς, *et* κληῒς, ΐδος, ἡ, *pro* sede nauticâ; *aliquando* clavis, *seu* vectis, *seu quicquid januam clausam continet; aliquando pars corporis; à* κλεὶς, κλειδὸς, ἡ, clavis; *hinc* κληΐζω, *fut.* σω, claudo, *à* κλείω, *idem. Eustathius tamen annotat* κληῒς, transtrum, sedes nautica, *derivari à* κλάω, frango: *quia ibi* κλᾶται τὸ σῶμα συγκαμφθέν.

75 Ἄλλοθεν, aliunde; ἄλλοθεν ἄλλος, aliunde alius.

76 Κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο, considebat, *per tmesin et Ion. pro* ἐκαθέζετο, 3. *sing. imperf. verbi* καθέζομαι.

77 Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, *Ion. pro* ἀμαθόεις, arenosus, *pro* ψαμαθόεις· *ab* ἄμαθος, *pro* ψάμαθος, ου, ἡ, arena, *antè masc. pro fœmin. Attic. vel poët.*

79 Ἡγήτωρ, ορος, ὁ, princeps, ductor; *ab* ἡγέομαι: *est etiam* ἡγητὴρ, ῆρος, ὁ, *et* ἡγεμὼν, όνος, ὁ καὶ ἡ, *idem.*

Μέδω, *et* μεδέω, *f.* μεδήσω, præsum et præeo consilio, rego, curo, administro; μέδομαι, *et* μεδέομαι, *f.* μεδήσομαι, curo, cogito, machinor, struo: μέδω *autem à* μήδω, consulo; *bona enim pars regiminis est bene consulere, inquit Harm.*

80 Ἴσπω, *tempora sumit ab* ἔπω· *hinc* ἐνίσπω, dico, *ut hìc; aliquando* objurgo, maledictis offendo; *est etiam* ἐνισπεῖν, *perispomen. Od.* γ. 93. ὄλεθρον ἐνισπεῖν, mortem dicere; *reduplicantur initales literæ, Iliad.* ο. 551. τόν ῥ᾽ Ἕκτωρ ἐνένισπεν, hunc Hector objurgavit; *pro* ἐνίσπω *dicitur* ἐνίσσω, ο. 197. ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνίσσεμεν, asperis verbis increpare; *et* ἐνίπτω, η. 446. ὅστις, ἐπ᾽ ἀθανάτοισι νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει, qui ampliùs immortalibus mentem et consilium suum indicabit.

81 Ψεῦδος, εος, τὸ, mendacium: *à* ψεύδω, fallo. *Vid.* ζ. 163.

Φαῖμεν, *pro* φαίημεν, *Attica syncop. aor.* 2. *optat. à* φημί.

Νοσφίζω, separo, *item* privo; *sed in activâ voce non habet Homerus:* νοσφίζομαι, separor, separo me; *item* aversor, rejicio, recuso, repudio, *ut* νοσφιζοίμεθα *hìc, et* ω. 222. *à* νοσφί.

85 Ἐπανίστημι, post surgo; ἐπανέστησαν, 3. *pl. aor.* 2. *ind. ab* ἐπὶ, ἀνὰ, *et* ἵστημι.

87 Ἔθνος, εος, τὸ, gens, natio: *aliquando pro ordine, et societate, et genere hominum; dicitur et in singulari et plurali de brutis, ut* gens *et* gentes *apud Latinos: ab* ἔθος, εος, τὸ, mos; *quòd aliæ gentes habeant alios mores et consuetudines.*

Μελισσάων, *Dor. pro* μελισσῶν· *à* μέλισσα, *sive* μέλιττα, ης, ἡ, apis; *à* μέλι.

'Αδινὸς, ἡ, ὸν, frequens, confertus, *ut hìc; aliquando* tener, mollis,
imbecillis, *ut Odys. α.* 93. *μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς·*
quod alii exponunt pingues, *alii* teneras *et* imbecillas oves mactant;
πρὸς σύγκρισιν τῶν βοῶν· potest etiam exponi, albas oves, *nam aliquando,*
teste Constantino, ἀδινὸς significat albus; *aliquando* miserabilis, lamen-
tabilis; *aliquando* stridulus: *ab ἄδην, et ἄδδην, adverb.* affatim, abundè,
quod interdum regit genit. interdum absolutè ponitur.

Πέτρα, ας, ἡ, *et Ionic. πέτρη,* saxum, *aliquando* scopulus, cautes; 88
aliquando rupes: *à πέτρος, ου, ὁ,* lapis minor; *quod à πέτω et ῥᾶον, in-*
quit Martin. qui facilè projicitur.

Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, concavus, profundus; *aliquando etiam* scitus, ele-
gans, concinnus, varietate delectans, *sed non apud Homer, nisi φόρ-*
μιγγα γλαφυρὴν, Hymno in Merc. 64. *sit exponendum* elegantem lyram,
potiùs quàm cavam: *à γλάφω, f. ψω,* scalpo, fodio.

Βοτρυδὸν, racematim, in modum racemi, botri; *à βότρυς, υος, ὁ,* ra- 89
cemus: *βοτρὺς, autem, inquit Martinius, quòd ποτὸν ῥέει,* potum ef-
fundat.

Πέτομαι, *πετάομαι, πέταμαι, ποτάομαι, ἵπταμαι,* volo, volas; *πέτομαι*
hìc; πετάομαι, Hym. in Merc. 155. *ποτάομαι in versu sequenti; ἵπτα-*
μαι ante; πεποτήαται, Ion. pro πεπότηνται, tertiâ pers. plur. præt. pass.
ποτάομαι, ποτήσομαι, πεπότημαι.

῞Αλις, *adverb.* confertim; *aliquando* satis, affatim, magnâ copiâ, 90
sine casu; ἐκ τῆς ἁλὸς, utpote ἐν ᾗ ἀθρόον ἐστὶ τὸ ὕδωρ, quòd in mari sit
aquæ abundantia; *vel quòd* omnes aquæ ibi sint in unum collectæ:
cum genit. interdum.

Νεῶν, *per systolen, pro νηῶν, genit. à ναῦς, νεὼς, ἡ,* navis. 91

'Ηϊὼν, όνος, ἡ, litus, ripa. *Etym. deducit παρὰ τὸ καταιονᾶσθαι ὑπὸ τῶν* 92
κυμάτων, quòd à fluctibus alluatur; ab αἰονάω, aspergo, profundo.

'Εστιχόωντο, *poët. pro ἐστιχῶντο, ab ἐστιχάοντο, 3. pl. imperf. pass.*
verbi στιχάω, vado, eo, ordine progredior; *quod formari videtur ab*
ἔστιχον, aor. 2. verbi στείχω, idem.

'Ιλαδὸν, turmatim, confertim; *ab ἴλη, ης, ἡ, quod est pro εἴλη,* agmen, 93
seu turma, *propriè* sexaginta quatuor equitum; *ab εἰλέω, cum tenui,*
coarcto, congrego.

῎Οσσα, ης, ἡ, vox, rumor, divina fama; *ut hìc; item* omen; *ab ὄψ,*
vox, *quasi ὄψα· hinc ὄσσομαι,* auguror, vaticinor, *ξ.* 17.

Δεδήει, 3. *sing. plusquamperf. med. à præt. med. Att. δέδηα,* combus-
tus eram; inflammabatur, fulgebat, *ἐξῆπτο, διεστείρετο, inquit Constant.*
excitabatur; *à δαίω, f. σω,* comburo, luceo.

'Οτρύνω, incito, urgeo, adhortor, *fut. ὀτρυνῶ, pro quo Ionicè ὀτρυνέω,* 94
ut κ. 55. *ὀτρυνέω ἀνστήμεναι,* hortabor ut surgat; *ὀτρύνομαι,* incitor, *ὀτρύ-*
νουσ', nom. sing. fœm. part. præs.

'Αγέροντο, 3. *pl. aor.* 2. *med. verbi ἀγείρω.*

Τετρήχει, 3. *sing. plusquamperf. τρήχω, verb. poët. pro τραχύνω,* asper 95
et salebrosus sum; *metaph. autem significat,* tumultibus turbari: *à*
τρηχὺς, Ion. pro τραχὺς, εῖα, ὺ, asper, scaber.

῞Ομαδος, ου, ὁ, multitudo; *item* tumultus et strepitus, *quem multitu-* 96
do concitat, ut hìc; ὅμαδος καὶ δοῦπος, tumultus et strepitus, *ψ.* 233. *ab*

ὁμοῦ, *et* αὐδὴ, *inquit Eustath. alii ab* ὁμὰς, ὁμάδος, ἡ, omnes simul, *seu* universitas, *quod ab* ὁμοῦ· *hinc* ὁμαδεύω, in unum cogo, congrego, *et* ὁμαδέω, tumultuor.

Ἔννεα, novem, *ab* ἔννος, *pro* ἕνος, *aliquando* vetus: *quòd novenarius inter numeros digitus est novissimus, id est, postremus, inquit Martin.*

Σφέας, illos, *Ion. pro* σφᾶς.

97 Βοάω, *fut.* ήσω, clamo, vociferor, *ut hìc; aliquando* clamans dico; *refertur etiam ad inanimata; derivatur à* βοῦς, *ut propriè sit vox instar bovis.*

98 Σχοίατο, *Ion. pro* σχοῖντο, *3. pl. aor. 2. med. opt. ab* ἔχω, *cujus fut. 2.* σχῶ, *ex inusit.* σχέω. *hìc autem* ἔχω *sui compositi* κατέχω, reprimo, cohibeo, *significationem excipit.*

99 Σπουδῆ, *adverb.* diligenter, festinanter, cum labore, vix, *ut hìc; à* σπευδὴ, ῆς, ἡ, *quod in omnibus his significationibus legitur;* festinatio, diligentia, studium, alacritas, prompta voluntas; *hoc autem à* σπέειν ὁδὸν, viam sequi.

Ἐρήτυθεν, *Bœot. pro* ἐρητύθησαν, occuparunt, 3. *pl. aor.* 1. *pass. sed hìc activè sumitur.*

Καθέδρα, ας, ἡ, sedes, sella, sedile; *aliquando* sedes, *quæ* honoris gratiâ *alicui collocatur, ut* Θ. 162. περὶ μὲν σὲ τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι, Ἕδρῃ τε κρέασίν τε, honoraverunt te Danaï equites sedeque, et carnibus, &c. *aliquando* sedes, *id est,* habitatio; *aliquando* consessus: *ab* ἕδρα, ας, ἡ, sedile, *quod ab* ἕζομαι, sedeo; *quidam legunt hìc* καθ᾽ ἕδρας, *divisè.*

101 Κάμε, *3. sing. aor. 2. verbi* κάμνω, laboro, *vel* laborare facio.

102 Δῶκε, dedit, *3. sing. aor.* 1. *verbi* δίδωμι.

103 Διάκτορος, ου, ὁ, internuncius, minister; *Mercurii epitheton, quasi* διάγων τὰς ἀγγελίας, qui transmittit nuntia: *idem* διάκτωρ, ορος, ὁ, *à cujus genitivo fit; sed non invenitur apud Homer. Venit à* διάγω, traduco, transmitto, *quod ab* ἄγω, duco.

Ἀργειφόντης, ου, ὁ, Mercurius: *quòd Argum occiderit; ab* Ἄργος, ου, ὁ, Argus, *qui centum oculos habuit, et* φένω, occido; *vel, ut volunt alii, quasi* ἀργὸς ἀπὸ τοῦ φονεύειν, purus ab occidendo: *pacificus enim deus est Mercurius; animus enim irritatus mitescit, et sedatur oratione facundâ.*

104 Ἑρμείας, ου, ὁ, Mercurius: *poët. pro* Ἑρμῆς· *ab* εἴρω, dico, nuntio, *mutato spiritu.*

Πλήξιππος, ου, ὁ, domitor equi, eques; *epitheton propriè viri nobilis: à* πλήσσω, *f.* ξω, percutio, cædo, vexo, *et* ἵππος, ου, ὁ, *vel* ἡ, equus.

106 Πολύαρς, multos possidens agnos, *per conseq.* dives; *à* πολὺς, *et* ἄρς, νὸς, ὁ *vel* ἡ, *vel* ἀρὴν, agnus.

Θυέστ᾽, *poët. pro* Θυέστα, *pro* Θυέστης, Thyestes; *Attici enim et poëtæ vocat. in* α 1. *declin. à nominibus in* ης, *usurpant pro nominativis: sic* Νεφεληγερέτα Ζεύς.

107 Φορῆναι, *poët. pro* φορεῖν, gesto, fero, *tanquam à* φόρημι *vel* φοραίνω.

108 Νῆσος, ου, ὁ, insula; *à* νῶ, nato, *quæ mari, à quo cingitur, innatare videtur, et in eo velut fluitare: et hinc dicitur Æolus habitâsse* πλωτῇ

ἐνὶ νήσῳ, natanti insulâ, *Odyss.* κ. 3. *et Ulysses* νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, insulâ in circumfluâ, *Odyss.* α. 50. *vel activ. vel passiv.*

Ἐρείδω, *f.* είσω, firmo, figo, colloco; *aliquando* hæreo, adhæreo; 109
ἐρείδομαι, incumbo rei, totis viribus aliquid facio; *aliquando* sternor; *hìc verò* innitor, incumbo; ἐρεισάμενος, ένη, νον, *part. aor.* 1. *med.*

Ἄρης, εος, *Ion.* ηος, ὁ, Mars, *ut hìc; aliquando* prælium, *aliquando* 110
plaga prælio accepta, *aliquando* impetus, *et* belli desiderium; *ab* αἴρω, interficio.

Ἐνέδησε, illigavit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω. 111

Σχέτλιος, ία, ον, miseriarum auctor aliis, aliis infestus, *ut hìc; item* 112
noxius; *item* strenuus ad patiendum; *interdum* crudelis, multa patiens, miser, impius, improbus, ingratus; *derivatur à* σχέω, habeo, *et* τλάω, suffero.

Ὑπέσχετο, promisit, 3. *sing. aor.* 2. *med. verbi* ὑπισχνέομαι.

Ἐκπέρσαντ', *pro* ἐκπέρσαντι, vastanti, *dat. sing. aor.* 1. *part. verbi* 113
ἐκπέρθω.

Ἀπονέομαι, *f.* ήσομαι, abeo, redeo, discedo; *à* νέομαι.

Ἀπάτη, ης, ἡ, fraus, fallacia; *ab* ἀπατάω, fallo, decipio. 114

Δυσκλεής, έος, οῦς, ὁ καὶ ἡ, ingloriosus; *à* κλέος, έεος, έους, τὸ, gloria, 115
et apud poëtas κλεῖος· *à* κλείω, celebro, *vel* celebrem reddo.

Ὑπερμενής, έος, ὁ καὶ ἡ, præpotens, nimiùm violentus, *Jovis epitheton;* 116
à μένος, εος, τὸ, robur, vis.

Πολίων κάρηνα, *hìc, et* ι. 24. *synecdoch.* arces civitatum, *vel metaph.* 117
gloriam civitatum *significat.*

Αἰσχρὸς, ρὰ, ρὸν, turpis, *id est,* indignus, *ut hìc; aliquando* contume- 119
liosus, *aliquando* deformis: *compar.* αἰσχρότερος, *vel* αἰσχίων, *superl.* αἰσχρότατος, *vel* αἴσχιστος, *ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, probrum, infamia; *hoc autem dicitur quasi* ἀΐσχος, *ab* α *privat. et* ἴσχω, habeo, *ut sit quod quis habere nolit.*

Ἐσσομένοισι, futuris, posteris, *poët. et Ion. pro* ἐσομένοις, *dat. plur. part. fut. verbi* εἰμὶ, sum.

Μὰψ, frustra, *poëtica vox pro* μάτην, *ut hìc,* cum injuriâ, non jure, 120
injustè; *hinc et* μαψίδιος, ία, ιον, stultus, ineptus, *idem quod* μάταιος, αία, ον, *à quo* μαψιδίως, temerè, injustè.

Ἄπρηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus, irritus, *ut hìc; aliquando* vanus; 121
cum ita significat, est pro ἄπρακτος, *ab* α *priv. et* πράσσω. *Sed sunt qui exponunt hìc* ἄπρηκτον πόλεμον, infinitum bellum; *si ita, derivatur à* πρήσσω, eo per, *facto per syncopen à* περάσω, *futuro verbi* περάω, transeo.

Πολεμίζω πόλεμον, bellum gero, *ut hìc; aliquando* pugno, decerto, *et tunc sine casu; in futuro* πολεμίξω· *alii legunt* πτολεμίζειν· *à* πόλεμος, ου, ὁ, bellum.

Παῦρος, α, ον, paucus, *aliquando* parvus: *compar.* παυρότερος, έρα, ρον, 122
deterior; *pro superl. dicitur* μάλα παῦρα αἴσυλα εἶδε, quàm paucissima nefaria scivit.

Ὅρκιον, ου, τὸ, fœdus jurejurando sancitum, *ut hìc; aliquando ea,* 124
quæ ad hoc fœdus sanciendum pertinent, ut γ. 245. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ, Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα, præcones autem

per urbem deorum ferebant fœdera firma, agnos duos, et vinum lætificum: *aliquando* ipsum jusjurandum.

Πιστὸς, ἡ, ὸν, fide dignus, fidus; *à* πίστις, εως, ἡ, fides; *à* πείθω, persuadeo; *ὅρκια autem dicuntur* πιστὰ *ex effecto; non quòd semper fideliter observentur, sed quòd fidelis observatio sit illis debita; hinc ita appellantur etiam cum minimè observantur,* δ. 157. κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, et fœdera fida conculcarunt.

Τέμνω, *f.* μῶ, seco, scindo, *ut ante*, α. 458. *hìc* ferio: *nisi* ὅρκια *hìc etiam, ut et* γ. 248. *sit potiùs metonymicè accipiendum pro illis agnis, quorum pili in hoc fœdere faciendo abscissi fuerant, et distributi omnibus iis, quibus fœdus fuit observandum;* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, agnorum ex capitibus abscidit pilos, &c. *de fœderis sanciendi more, vide* γ. 269. *et sequentibus: quòd si ita accipiendum,* τέμνω, *propriam significationem habet; et* ὅρκια πιστὰ τέμνειν, *est, per metonymiam adjuncti,* fœdera fida ferire.

Ἀριθμέω, *fut.* ήσω, numero: ἀριθμέομαι, *idem, item* numeror, *ut hìc; jungitur* ἀριθμέω *cum* καταλέγω, *Odyss.* π. 235. ἄγε μοι μνηστῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον, agè, procos numero recense; *deducitur autem ab* ἀριθμὸς, οῦ, ὁ· *hoc autem ab* ἄρω, apto, *quòd ex unitatibus aptè conjunctis numerus resultet; vel quòd sit discreta quantitas, quasi* ἀριτεμὸς, *ab* ἄρι *et* τέμνω· *est enim admodum divisibilis, inquit Harmar.* ἀριθμηθήμεναι, *poët. pro* ἀριθμηθῆναι.

125 Λέγω, *fut.* ξω, dico, colligo, cubare facio, *vel* cubitum demitto; λέγομαι, dicor, recenseor, *item* dico, *et* recenseo, dissero, diligor, colligo, cubo, dormio; λέξασθαι, *aor.* 1. *inf. med.*

Ἐφέστιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, domesticus, *item qui habet larem ubi deget, ut hìc;* civis, indigena, incola; ἐφέστιος *etiam dicitur,* qui domi est, *vel* qui domum rediit; *sic aliquando dicitur de eo qui sedem alienâ tellure, vel civitate ponit, ut illud intelligi potest, Odyss.* η. 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων, sed me infelicem duxit fortuna domesticum, *id est,* ut cum illâ, *scil.* Calypso, habitarem; *ab* ἐπὶ, *et* ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus; *aut, secundum alios,* ara quæ juxta focum extructa erat; *aliquando significat* Vestam, *ut Hymn. in Vestam, primo versu, quòd illa primùm domos ædificaverit; ab* ἕω, ἕσω, colloco.

Ἔασσι, *poët. et Ion.* ἔασι, *pro* εἰσί.

126 Δεκὰς, άδος, ἡ, numerus denarius; *item* decuria, *ut hìc; à* δέκα, decem.

Διακοσμέω, *fut.* ήσω, distribuo, digero, ordino, *ut hìc; aliquando* compono, adorno, instruo, orno, dispono; *à* κόσμος, ου, ὁ, ordo: διακοσμηθεῖμεν, *syncope pro* διακοσμηθείημεν, 1. *pl. aor.* 1. *optat. pass.*

128 Δευοίατο, *Ion. pro* δεύοιντο, eguerint, 3. *pl. præs. opt. à* δεύομαι.

129 Πλέας, *poët. pro* πλέονας, *et hoc pro* πλείονας, *per syncop. à* πλείων, ονος· *sic etiam legitur* πλέες *pro* πλέονες.

130 Ναίω, habito, incolo, *hìc cum præpositione, aliquando sine præpositione; aliquando* habitor, incolor; *poët. pro* ναίομαι, *infrà* 626. νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, insulis quæ habitantur trans mare: ναίομαι, habitor incolor.

Ἐπίκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxiliator *in bello,* auxiliaris, auxiliarius; *hinc*

ἐπικουρέω· ἐπίκουρος, *autem, ab* ἐπὶ *et* κοῦρος, juvenis, *ante ; quòd juvenum potissimùm est inb ellicis rebus versari. Nota,* ἐπίκουρος *et* σύμμαχος *ita inter se differunt ;* ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοὶ, σύμμαχοι δὲ τῶν πολεμούντων· ἐπίκουροι *sunt auxiliatores illorum qui oppugnantur ;* σύμμαχοι, *illorum qui oppugnant : illi ex aliâ regione sunt, ideoque vocantur* (ι. 233.) τηλέκλειτοι, ex longinquo vocati, *et* (κ. 420.) πολύκλητοι ἐπίκουροι· *hi sæpè* commilitones.

'Εγχέσπαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui hastam vibrat, vibrandæ hastæ peritus, 131
et proinde, bellicosus ; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, hasta ; *quod ab* ἔχω, habeo, *et* πάλλω, quatio, vibro.

Πλάζω, *fut.* γξω, errare facio ; *aliquando* averto, amoveo, *ut hìc* ; 132
aliquando disturbo, *ut Odyss.* β. 396. πλάζε δὲ πίνοντας, disturbavit autem bibentes : πλάζομαι, erro.

Εἰῶσ' *pro* ἐῶσι, *poëticè,* 3. *plur. præs. ind. vel subj. verbi* ἐάω, sino.

Βεβάασι, *Ion. pro* βεβήκασι, *à* βαίω, *quasi à* βάω. *Iones in verbis in* 134
άω *et* έω *subtrahunt* κ *ex præteritis, et corripiunt penultimam ; hinc etiam in participio* βεβαὼς, ξ. 477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαὼς, fratrem circumstans ; *hinc etiam* ρ. 359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, *per syncop. pro* βεβηκέναι, *infin. et* ρ. 286. οἱ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, qui circa Patroclum iverant, *pro* βεβάεισαν, *et hoc pro* ἐβεβήκεισαν.

'Ενιαυτὸς, οῦ, ὁ, annus ; *ab* ἐν αὐτοῦ ἰέναι, *quia in seipsum annus redit.*

Σήπω, *fut.* σήψω, *aor.* 2. ἔσαπον, *et* ἔσηπον, putrefacio ; σήπομαι, putres- 135
co, putrefio, *præt. med.* σέσηπα, putrefactus sum, *ut hìc.*

Σπάρτον, ου, τὸ, spartum, genus vitilium ; *propriè est (inquit Plinius)* juncus aridi soli, *et per metonym. materiæ,* funis sparteus ; *à* σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus : *quod à* σπείρω.

Λέλυνται, solvuntur, 3. *pl. perf. pass. verbi* λύω.

476 Ἀπαὶ νεύρης, *intellige* missa.

477 Χλιαρὸς, ρὰ, ρὸν, *pro quo dicitur poët.* λιαρὸς, tepidus; *à* χλιαίνω, tepefacio.

480 Νέμος, εος, τὸ, locus arboribus densus, *et* pascuus, nemus; *à* νέμομαι, pasco.

Σκιαρὸς, *et* σκιερὸς, ρὰ, ρὸν, umbrosus, opacus; *à* σκιὰ, ᾶς, ἡ, umbra; *dictum quasi* κιὰ, *à* κίω, *quia nos comitatur;* σκίαι *etiam significat* defunctorum manes, *Od.* κ. 495.

Δαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, spiritus, genius; *hìc,* fortuna.

481 Σίντης, ου, ὁ, nocuus, noxius; *à* σίνω, *et* σίνομαι, noceo, lædo; *α.* 594. *Lemni incolæ dicuntur* Σίντιες, *quòd primi arma fabricaverint, quæ exitialia sunt, vel quòd piraticam exercuerint.*

Ἄλλυδις, *poët. pro* ἀλλοχοῦ, *adv.* aliorsum; *ab* ἄλλος, alius. 486

Χειμάῤῥους, *vide* δ. 452. 493

Ὀπαζόμενος, η, ον, *hìc*, acutus.

Ἀφυσγετὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, haustus. *Eustath. hìc significare ait*, τὸν ἰλυ- 495
ώδη συρφετὸν, limosas sordes; *ab* ἀφύω, haurio, *idem* ἀφύσσω· *vel à* φεύγω, *ut sit* τὸ μὴ ἀποφεῦγον τῇ καταφορᾷ τοῦ ῥεύματος.

Ἐπιμὶξ, promiscuè; *à* μίγνυμι. 525

Στείβω, calco; *habet etiam quandam* densandi *et* constipandi *signi-* 534
ficationem, cùm quæ calcantur, *eadem et* condensentur: *et*, fullonum more calco, *Odyss.* ζ. 92.

Ὁπλέων, *Ion. pro* ὁπλῶν, *gen. plur. ab* ὁπλὴ, ῆς, ἡ, ungula, unguis 536
quadrupedum.

Ῥαθάμιγξ, γος, ἡ, gutta; ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν θαμά· *est autem* ῥαίνω, perfundo, aspergo, irroro.

Ἀνδρόμεος, έα, εον, virilis, humanus; *ab* ἀνὴρ, vir. 538

Τρέσσε, *pro* ἔτρεσε, *à* τρέω, *fut.* σω, tremo. 545

Γόνυ γουνὸς ἀμείβων, *phrasis pulcherrima*, alternans genua, *id est*, 546
paulatim, *et* sensim progrediens.

Μέσαυλος, ου, ὁ, *seu* μέσαυλον, ου, τὸ, locus in medio stabulo; *à* μέσος, 547
η, ον, medius, *et* αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula; *quod etiam pro* stabulo *usurpatur.*

Ἀγροιώτης, ου, ὁ καὶ ἡ, *pro* ἀγρότης, rusticus, *ab* ἀγρὸς, οῦ, ὁ, rus. 548

Πῖαρ, τὸ, pinguedo; *vel pro* πίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *adject. ut Odyss.* ι. 135. 549
vel pro πιότης, ητος, ἡ, *substant. ut hìc.*

Ἐγρήσσω, *poët. pro* ἐγρηγορέω, vigilo. 550

Κρειῶν, *pro* κρεῶν, *ex* κρεάων, *pro* κρεάτων, *à* κρέας, ατος, τὸ, caro.

Ἐρατίζω, *fut.* σω, amo, cupio; *ab* ἐράω, *idem.*

Πρήσσω, *Ion. pro* πράσσω, facio. 551

Δετὴ, ῆς, ἡ, faces in fasciculum colligatæ; *à* δετὸς, ἡ, ὸν, ligatus, *à* 553
δέω, ligo.

Νωθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tardus, piger; *fit à part. priv.* νῶ, *et* θέω, curro. 558

Ῥόπαλον, ου, τὸ, clava, gestamen, sceptrum; *item*, virga, baculus, *ut hìc; dicitur* παρὰ τὸ ἐς ἕτερον μέρος ῥέπειν, quòd in alteram partem flectatur; *est enim* curvus baculus μὴ ὀρθὸν ὂν ἀλλὰ ῥέπον, *Eustath.*

Σπουδῇ, *dat. à* σπουδὴ, ῆς, ἡ, festinatio, *adverbialiter*, studiosè, dili- 561
genter; ægrè, magno labore, *ut hìc.*

Ὁδεύω, *fut.* σω, eo, iter facio, proficiscor; *ab* ὁδὸς, οῦ, ἡ, via. 568

Ὀρμενος, *pro* ὀρόμενος, η, ον, qui citato impetu fertur; *ab* ὄρω. 571

Ἧπαρ, ατος, τὸ, jecur, hepar; *ab* ἕπω, operor, *et* ἔαρ, ρος, τὸ, sanguis, 578
est enim jecur officina sanguinis, Harm.

Ἔθνος, εος, τὸ, *hìc*, turba, multitudo, agmen, β. 87. 584

Δέμας, τὸ, corpus, *et animati, et inanimati; dictum quasi* δῶμα 595
ψυχῆς, *vide* α. 114. *est et particula similitudinis*, sicut, instar, *et regit genit. ut hìc.*

Ἔρειο, *pro* ἔρου, *ab* ἔρομαι· *nempe diphthongo* ου *resolutâ in* εο, *deinde* ι 610
addito ad ε, *poët.*

Κυκάω, *fut.* ήσω, misceo, confundo, perturbo; *hinc* κυκεὼν, ῶνος, ὁ, 623
mixtio, potio: *hinc accus.* κυκεῶ, *per apoc.; sed poët.* κυκειῶ, *ut hìc, pro* κυκεῶνα.

627 Ἐπιπροϊάλλω, protendo, propono, foras emitto, promo, *aor.* 1. *communiter*, ἧλα· *ab* ἰάλλω, mitto.

628 Κυανόπεζα, ης, ἡ, nigro pede, *vel* nigricante ora, *Angl.* having black feet *or* a black border; *est epitheton mensæ : à* κυανὸς, οῦ, ὁ, *et* ποῦς.

629 Κρόμυον, ύου, τὸ, cepe, *seu* cepa, *poët. pro* κρόμμυον· *dicitur, quòd* αὐτοῦ ὀσφραινόμενοι ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύομεν, oculos claudimus, cùm cepam vel admovemus naribus, aut ori ingerimus.

630 Ἄλφιτον, ου, τὸ, farina hordeacea, polenta, *secundùm Plinium ;* τὰ ἄλφιτα, *Odyss.* β. 290. victus.

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, litus ; *item*, fructus, fruges, *ut hìc ; à* κατάγνυσθαι, *quòd terantur, molanturque.* Δημήτερος ἀκτὴν, *ν.* 232. Cereris fruges, *id est*, panem.

632 Οὔατα, τὰ, aures, *aliquando* vasorum ansæ; *ab* οὖας.

634 Πυθμὴν, ένος, ὁ, fundum, ima pars, *ut hìc ; à* πύθω, putrefacio, *quòd solet illa pars primùm computrescere.*

636 Ἀμογητὶ, *adv.* sine labore; *ab* α *privat. et* μόγος, ου, ὁ, labor; *hinc* ἀμόγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, indefessus, *Hymn. in Mart.* 3.

638 Πράμνειος, *seu* πράμνιος οἶνος, *vini genuss ic dictum, à Pramniâ rupe in Icaro insulâ vel Pramniâ vite ; quidam tamen reddunt* τὸν πραΰνοντα τὰς φρενὰς, vinum demulcens animum; *alii*, τὸν ἐπὶ τοῖς πρέμνοις φυταγωγούμενον, vinum ex arborum ramis pendens; *alii*, vinum vetus et vietum : *quasi* παραμένειον, *à* παραμένειν, durare.

Κνῆ, *Ion. pro* ἔκνη, *imperf. act. à themate* κνῆμι, rado, scalpo ; *quod à* κνάω, *idem.*

Τυρὸς, οῦ, ὁ, caseus ; *deducunt à* τηρεῖν· *est enim* τηρούμενον γάλα, lac quod servatur, *et* reponitur; *hinc* τυρόγλυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, mus caseum rodens; *Batrach.* 136.

639 Κνῆστις, εος, ἡ, culter, quo propriè caseum scindimus, instrumentum ferreum quo radimus aliquid, *peculiariter* caseum ; *à* κνάω, rado.

641 Πολυκαγκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, multùm aridus; *epitheton sitis ; à* κάγκανος, η, ον, aridus, *quod à* καγχαίνω, calefacio, arefacio.

653 Ἀναίτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, insons ; *ab* α *privat. et* αἰτία, ας, ἡ, culpa.

658 Κέαται, *poët. pro* κείαται, *hoc autem Ion. pro* κεῖνται.

663 Ἀπαὶ, *pro* ἀπὸ, *poët.*

666 Ἀέκητι, invito ; *adjungitur genit. ita etiam* ἕκητι, sponte, ultro, *illud poët. pro* ἄκοντι, *hoc pro* ἑκόντι.

667 Ἐπισχερῶ, *adverb.* deinceps, ordine: *deductum putatur ab* ἐπίσχω, *idem quod* ἐπέχω, inhibeo.

668 Γνάμπτω, *pro* κάμπτω, *idem, à quo fit ; idem* κνάμπτω, *hinc* γναμπτὸς, ἡ, ὸν, flexibilis.

671 Βοηλασία, ας, ἡ, boum abactio ; *à* βοῦς, *et* ἐλαύνω, ago, abigo.

673 Ῥύσιον, ίου, τὸ, quod loco ejus quod ereptum erat custoditur, et veluti pignus retinetur: *à* ῥύω, custodio, servo, tueor.

676 Ἤλιθα, *adverb.* frustrà, incassùm ; *exponitur,* profusè, confertim, largè, *ut hìc ; et sic ab* ἅλις, *sed primo modo ab* ἠλίθιος, ία, ιον, stultus, insipiens.

678 Συβόσιον, ου, τὸ, grex suûm, qui pascuntur; *à* σῦς, ὸς, ὁ *vel* ἡ, *et* βόσις, εως, ἡ, pastus : *à* βώσκω, *seu* βόω, pasco.

Αἰπόλιον, ου, τὸ, grex caprarum; *ab* αἰπόλιος, ου, ὁ, caprarius; *hoc verò ab* αἶξ, γὸς, ἡ, capra, *et* πολέω, verso: αἰπόλιον, grex caprarum, ποίμνιον, ovium, συβόσιον, porcorum, βουκόλιον, boum, ἱπποφόρβιον, equorum.

Δαιτρεύω, *fut.* σω, divido, *more* δαιτροῦ· carnes distribuo *propriè; à* 687
δαιτρὸς, οῦ, ὁ, coquus, *quod à* δαίω.

Κακόω, *fut.* ώσω, malo, *seu* damno afficio; *à* κακὸς, ἡ, ὸν, malus, ig- 688
navus, ignobilis, imperitus.

Ὑπερηφανέω, *fut.* ήσω, superbio, insolesco; *ab* ὑπερήφανος, ου, ὁ καὶ ἡ, 693
superbus, elatus; *ab* ὑπερφαίνομαι, supèr appareo.

Νομεὺς, έως, ὁ, pastor; *à* νέμω, pasco: νομεὺς, dator, tributor, posses- 696
sor; *à* νέμω, tribuo.

Θεύσεσθαι, *fut.* 1. *med. infin. à* θέω, curro, cursu contendo. 700

Κάσχεθε, *Æol. syncop. pro* κατέσχεθε, detinuit, 3. *sing. imperf. verbi* 701
κατασχέθω.

Ἀτέμβω, contristo, tristitiâ afficio, *item* privo; *dicitur quasi* εἰς ἄτην 704
ἐμβιβάζω, in damnum et mœrorem induco: ἀτέμβομαι, contristor, de-
fraudor, privor, *quasi* εἰς ἄτην ἐμβαίνω, in cladem incido.

Πασσυδίῃ, *idem quod* πανσυδίῃ, β. 12. 708

Μετακιάθω, *hìc*, transeo, *sed Odyss.* α. 22. μετεκίαθε, abiit inde ad. 713

Ἴδμεν, *per syncop. pro* ἴδεμεν· *hoc autem Ion. pro* ἰδεῖν, *aor.* 2. *act. in-* 718
fin. ex εἴδω, scio; *est et* ἰδμέναι *pro eodem*, ν. 273.

Βάλλω, *aliquando dicitur de* cursu fluminis, *ut hìc.* 721

Ἔνδιος, ία, ον, meridianus; *est et* ἔνδιον, *quod substantivè ponitur pro* 725
διατριβή· παρὰ τὸ ἐνδεῖν καὶ ἐλαττοῦσθαι τὴν ἡμέραν, quòd dies ad occasum
inclinet, minuaturque, ubi est meridies.

Ἀγελεία, ας, ἡ, prædatrix, *epithet. Palladis*, δ. 128. *at* ἀγελαῖος, αία, 728
αῖον, gregalis, *ut hìc;* ἀγελαῖα ζῶα, animalia quæ gregatim vivunt; *ab*
ἀγέλη, ης, ἡ, armentum, β. 480.

Φαέθων, οντος, ὁ, sol, splendidus; *à* φαέθω, *idem quod* φάω, luceo. 734

Ὀδὰξ, mordicus; *ab* ἔδω, *vel* ὀδοὺς, όντος, ὁ. 748

Ἀσπιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in clypei modum rotundus, *ab* ἀσπίς. 753

Ἔον, 1. *sing. aor.* 2. *poët. pro* ἦον, *ab* εἰμὶ, sum; *unde opt.* ἔοιμι *sed* 761
sunt qui volunt esse pro ἦν, *imperf.*

Ἀπόνημαι, *sive* ἀπόναμαι, *fut.* ήσομαι, utilitatem ex aliquâ re capio, 762
fruor: *ab* ὄνημι, juvo.

Μετακλαύσεσθαι, *à* μετακλαίω, fleo pòst, lacrymis et fletu prosequor. 763

Χόρτος, ου, ὁ, fœnum, herba virens, cibus quicunque; *item*, septum, 773
quo cincta est cors, *ut hìc; dicitur* παρὰ τὸ ἐν χέρσῳ γίνεσθαι, quòd è
terrâ nascatur; *vel*, *quasi* κόρτος, *à* κείρω, *quòd falce demetatur.*

Ἄλεισον, ου, τὸ, poculum cælatum: *quasi* οὐ λεῖον, *pocula enim emblematis et cælaturis ornata, sunt asperiora.*

Σημαίνειν, *aliquando*, impero, *ut hìc.* 788

Σὺν δαίμονι, deo favente, prosperè. 791

Προέτω, mittat, 3. *sing. imperat. aor.* 2. *verbi* προΐημι, præmitto. 795

Φοὼς, *metaph. usurpatur pro* salute, auxilio, *et* victoriâ; *item* φάος. 796

Ἴσκω, assimilo, comparo, *pro* εἴσκω, *idem; ab* εἴδω. 798

Ἀκμὴς, ῆτος, ὁ, non fatigatus, non defessus, integer; *ab* α *priv. et* 801
κάμνω, laboro.

807 'Ετετεύχατο, *Ion. pro* ἐτετευγμένοι ἦσαν, constituti erant, *à* τεύχω.
810 Νότιος, ία, ιον, humidus ; *à* νοτὶς, ίδος, ἡ, humor.
812 Κελαρύζω, murmuro, scaturio, *vel* cum murmure fluo ; *à* κέλαδος, ου, ὁ, strepitus, *et* ῥύω, fluo.
813 Οἰκτείρω, misereor, commisereor ; *ab* οἶκτος, ου, ὁ, misericordia.
822 Ἄλκαρ, αρος, τὸ, defensio ; *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur.
834 Χρηΐζω, indigeo, *pro* χρήζω, *idem ; à* χρεία.
842 Βοεία, *subintell.* δορὰ, bubula pellis.

CLAVIS HOMERICA

IN M'. ILIADIS.

11 'ΑΠΟ'ΡΘΗΤΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, non vastatus, non eversus, incolumis, qui vastari et dirui non potest ; *ab* α *privat. et* πορθέω, *idem quod* πέρθω.
12 Βοάγριον, ίου, τὸ, scutum ex boum agrestium pelle ; *à* βοῦς, *et* ἀγρὸς, οῦ, ὁ, rus, ager ; *est et* Βοάγριος, Boagrius, Locrensium amnis, β. 533.
24 'Ομόσε, eundem in locum, eòdem, simul ; *ab* ὁμοῦ, simul.
26 'Αλίπλοος, ου, ὁ καὶ ἡ, mari natans : *quod ab* ἅλς, λὸς, ἡ, mare, *et* πλέω, navigo ; ἀλίπλοα τείχεα, muri supernatantes mari, *vel* demersi in mari.
27 Τρίαινα, ης, ἡ, tridens, instrumentum piscatorium, quo majores pisces figuntur, *ideoque Neptuno attribuitur insigne, tanquam piscatorum et maris præsidi ; à* τρεὶς, οἱ καὶ αἱ, tres.
28 Θεμέλιον, ίου, τὸ, *seu* -ος, ου, *seu* θέμεθλον, ου, τὸ, ξ. 493. fundamentum ; *à* θέμηλον, *idem* ; *à* τίθημι, *quia poni primo loco solent fundamenta, ut cætera superstruantur ;* θεμείλιον, *poët. pro* θεμέλιον, *ut hìc.*
29 Φιτρὸς, οῦ, ὁ, arboris caudex, truncus ; *à* φύεσθαι, ἐξ οὗ τὰ φύτα, plantæ.
34 Ὄπισθε, in posterum.
35 Τίθημι, *aliquando* facio, *ut hìc, et antè ; sic* ἄλγε' ἔθηκε, α. 2.
36 Καναχίζω, *seu* -έω, *Odyss.* ρ. 542. *ubi quidam legunt* κονάβησε, resono, crepitum edo : παρὰ τὸ κενὸν ἀχεῖν, *pro* ἠχεῖν, inanè personare.
38 'Εελμένοι, *dissolutâ diphthongo* ει *in* εε· *alii ab* ἐλαύνω, *seu* ἐλάω, pello, compello, *deducunt, nam ex* ἔλασαι, *fit* ἔλσαι, *per syncop. et prothesi* τοῦ ε, ἐέλσαι· *hinc* ἔελμαι. *alii verò ab* εἰλέω, volvo, involvo.
41 Θηρευτὴς, οῦ, ὁ, venator : *à* θηρεύω, feras venor. *Vide* ε. 49.
51 Χρεμετίζω, hinnio, *quasi* χαρὰν ἐμέω, gaudium evomo ; *hinnitus enim est lætabunda equi vociferatio, ut sit quasi* χαραμετίζω, *Harm.*
52 Χεῖλος, εος, τὸ, labrum. *metaph. tribuitur rebus inanimatis,* navibus, poculis, vasis, amphoris, *et* fossis, *ut hìc ; à* χέω.

Κρημνὸς, οῦ, ὁ, locus pendens, *seu* scopulus pendens, præcipitium ; *à* 54
κρεμάω, suspendo.

Ἐπηρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tectus, opacus ; *ab* ἐρέφω, tego.

Ἀρήρειν, *plusquamperf. med. et altero augmento* ἠρήρειν· *à præt. med.* 56
ἦρα, *Attic.* ἄρηρα· *ab* ἄρω, apto, *hìc* munio.

Ἀλεωρὴ, ῆς, ἡ, *hìc*, suffugium, tutamen, munimentum, *vel* propulsio ; 57
sed plerumque est idem cum ἀλεὴ, evitatio, fuga, *ut* ω. 216. φόβου μεμνημένον οὔτ' ἀλεωρῆς· *ab* ἀλέω, vito.

Μενοινέω, *antè*, κ. 101. 59

Τιτρώσκω, *fut.* τρώσω, *tanquam à* τρώω, *vel* τρῶ, vulnero, *seu* cutem 66
telo pertundo ; *à* τείρω, *per syncopen, inquit Eustath.*

Νώνυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, obscurus, non nominatus, inglorius, *poët. pro* 70
ἀνώνυμος, *et* νώνυμνος, *idem, metri gratiâ, ut hìc. Vide Clarke in loc.*

Παλίωξις, *pro* παλιδίωξις, εως, ἡ, insecutio ; *à* πάλιν, *et* διώκω, inse- 71
quor, persequor.

Ἀπήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, tutus, salutaris. *Vide* α. 414. 80

Πενταχῆ, quinquefariàm, quinque modis ; πένταχα, *idem.* 87

Διακριδὸν, discretè, distinctè, eximiè ; *à* διακρίνω, discerno. 103

Ἄραρον, 3. *pl. aor.* 2. *per reduplicat. pro* ἄρον, *quod, deposito augmen-* 105
to, est ἦρον, *ab* ἄρω, apto, accommodo ; *vel, ut alii,* ἀράρω *est præsens poëticum formatum ab* ἄραρα, *præt. med. unde in imperf.* ἤραρον, *pro quo* ἄραρον.

Ἔχω, *pro* ἀνέχω, sustineo, σχήσεσθαι, *fut. infin. med.* 107

Ἀμώμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inculpabilis, irreprehensibilis, inculpatus ; *ab* 109
α *privat, et* μωμέομαι, increpo ; *quod à* μῶμος, ου, ὁ, dedecus ; *est et* Μῶμος *deus quidam reliquorum irrisor et reprehensor : dicitur etiam de homine, qui hunc deum imitatur, et alios homines deridet.*

Δυσώνυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui malum et infaustum est nomen ; *et gene-* 116
raliter, infaustus, tristis, infelix, *ut hìc : à* δὺς, *et* ὄνομα.

Νείσσομαι, *seu* νίσσομαι, eo, redeo ; *à* νέω, *idem.* 119

Ἀναπεπταμένος, η, ον, apertus. *Vide* πέπτανται, ε. 195. 122

Ὑετὸς, οῦ, ὁ, pluvia ; *ab* ὕω, pluo. 133

Αὖος, αὔα, αὖον, aridus ; *ab* αὔω, sicco. 137

Δέχαται, *pro* δεδέχαται, *hoc autem pro* δεδεγμένοι εἰσί· *à* δέχομαι. 147

Κολοσυρτὸς, οῦ, ὁ, confusanea multitudo, tumultus ; *à* κόλον, magnum,
et σύρω, traho. *Eustath.* μέγας θόρυβος· *aut secundùm alios, propriè* ille strepitus qui excitatur, quum virgultorum stipularumve fasces per terram trahuntur : *à* κολούω, amputo.

Δοχμὸς, ἡ, ὸν, *et* δόχμιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, ψ. 116. obliquus ; *à* δέχομαι, 148
(*inquit Harm.*) *quia obliqua et curva facilè observamus, prehendimus, et tenemus.*

Κόμπος, ου, ὁ, crepitus, *propriè* apri dentes acuentis, sonitus saltan- 149
tis ; *hinc* κομπέω, resono.

Ἔραζε, ad terram. 156

Ζαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vehementer flans ; *ab* ἄω, flo, spiro, *et* ζα *in com-* 157
pos. valde, *Odyss.* μ. 313. *in accusativo* ζαῆν· ὦρσεν ἐπὶ ζαῆν ἄνεμον.

Δονέω, *fut.* ήσω, agito ; *à* δα, *et* ὀνόω, *pro* ὀνόθω, moveo, impello ; *hinc* δόναξ, κος, ὁ, arundo, κ. 467. *quòd à ventis agitatur.*

160 Ἀΰτευν, *pro* ἀΰτουν, sonabant, *ab* ἀϋτέω, *quod ab* αὔω, clamo.
161 Μύλαξ, κος, ὁ, lapis molaris; *à* μύλη, ης, ἡ, mola, *Od.* η. 104. *à* μεῖον ἀλοᾷν, *Martin. quasi* λίαν μειοῖ, *id est*, minuit, *Harm. est in genere*, lapis, *ut hìc.*
163 Ἄλαστος, χ. 261. *Dor. pro* ἄληστος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus erit memoria perpetua; *ab* α *et* λανθάνω· *item*, qui mala, quorum oblivisci non possumus, intulit; *hinc* ἀλαστέω, *fut.* ήσω, indignor, *propriè*, ob mala τὰ ἄλαστα, mœrore afficior.
167 Σφὴξ, κὸς, ὁ, vespa; ἀπὸ τῆς διασφάγος, *quoniam insectæ in medio sunt vespæ.*
168 Οἰκίαι, *et* τὰ οἰκία *dicuntur aliquando* nidi, avium domicilia, *ut hìc.*

Παιπαλόεις, όεσσα, όεν, præruptus asper; *à* παίπαλα, ων, τὰ, *in plurali numero*, locus præruptus; *ab* αἰπὺς, εῖα, ὺ, asper *et* excelsus, *pleonasmo* τοῦ π. *aliquando* παιπαλόεις *significat* pulverulentus, *ut hic, et tum derivatur à* παιπάλη, ης, ἡ, pulvis, cinis, farina tenuissima.

172 Ἀλῶναι, *vide* β. 374.
177 Θεσπιδαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, divinitùs ardens, divinitùs lapsus; *à* θέσπις, ιος, ὁ καὶ ἡ, vaticinus, ὃν θεὸς ἐνίσποι, quem deus alloquatur, *et* δαίω, uro.
179 Ἀκαχείατο, *poët. pro* ἀκαχέατο, *quod Ion. ponitur pro* ἀκάχηντο, tristati erant; *ab* ἀκάχημαι.
189 Τυγχάνω, *aliquando* consequor, assequor, contingo, *propriè, de jaculantibus, qui propositam metam telis ad eam directis attingunt; at hìc, et sæpè antè, et generaliter etiam*, assequor, nanciscor, obtineo, *&c. fut.* τυχήσω, *ut antè.*
192 Αὐτοσχεδὸν, propè, cominus; *hinc* αὐτοσχέδιος, ία, ον, qui propè est, ex tempore factus, tumultuarius; αὐτοσχεδία μάχη, pugna quæ cominus fit; *et* αὐτοσχεδίη *sæpè usurpatur adverbialiter, ut hìc; à* σχεδὸν, propè.
201 Ὑψιπέτης, ου, ὁ, altè volans, altivolus; *ab* ὕψος, εος, τὸ, *et* πέτομαι.
213 Δῆμος, ου, ὁ, *aliquando adjectivè*, qui est ex plebe, plebeius, *ut hìc.*
228 Ὑποκρίνω, *hìc*, interpretor.

Θεοπρόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, vates divinus, qui oraculum consulit. *Vide* α. 84.

240 Ζόφος, ου, ὁ, caligo, tenebræ, occasus solis, *ut hìc; dicitur quasi* ζάνοφος, *ex* ζα, *et* νέφος, *idem.*
247 Μενεδήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, audax, bellicosus: *à* μένος, εος, τὸ, *et* δήϊος, ία, ιον, *quod à* δαίω, vasto, incendo; *vel quasi* μένων ἐν τῇ δηΐδι, in pugnâ perseverans.

Μαχήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pugnax; *à* μάχομαι, pugno.

249 Παρφάμενος, *pro* παραφάμενος· *à* φημὶ, dico.
255 Θέλγω, *fut.* ξω, mulceo, demulceo; *quasi* εἰς τὸ θέλειν ἄγω, impello quocunque velim; *hinc* θελκτὴρ, ῆρος, ὁ, delinitor, *Hymn. in Æsculap.* 4. *et* θελκτήριον, ίου, τὸ, illecebra, ξ. 215.
258 Κροσσὸς, οῦ, ὁ, fimbria, limbus; κροσσαὶ, *metaph.* pinnæ murorum, 444. *hujus libri, aut* turrium, *ut hìc.*

Ἔπαλξις, εως, ἡ, propugnaculum muri; *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur.

Μοχλεύω, *quod aliquando etiam* μοχλέω, *aliquando* μοχλόω, vectibus avello, *vel* moveo; *à* μοχλὸς, οῦ, ὁ, vectis, quo aliquid movetur; *ab* ὀχλεὺς, *idem; quod ab* ὀχλεύω, moveo.

"Εχμα, τος, τὸ, retinaculum ; *vel potiùs,* junctura, id, quo res duæ 260
cohærent, stabilimentum, *φ.* 259. *est* obstaculum ; *idem* ὄχμα, τος, τὸ,
ab ἔχομαι· *vel ab* ἴσχω, teneo, detineo.

Φράσσω, *seu* φράττω, *fut.* ξω, sepio, munio, addenso. 263

Κελευτιάω, *fut.* άσω, clamore incito, *et* hortor, *poët. pro* κελευστιάω, 265
idem quod κελεύω, *à* κελευστὴς, οῦ, ὁ, jussor, hortator.

Μεσήεις, εσσα, εν, *poët.* mediocris : *à* μέσος, η, ον, medius. 269

'Ομοκλητὴρ, ῆρος, ὁ, adhortator, objurgator, minax ; *ab* ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, 273
ζ. 137. hortatio, comminatio ; *ab* ὁμοῦ, *et* κέκλομαι, *unde* ὁμοκλάω, *β.*
199. *seu* -έω, *ο.* 658. hortor vociferando, minaciter clamo, increpo.

Νιφάδες χιόνος, grumi nivis. *Vide γ.* 222. 278

Λωτόεις, εσσα, εν, loto abundans ; *hinc* λωτόεντα, *et Attic.* λωτοῦντα, 283
sed Dor. λωτεῦντα· *à* λωτὸς, οῦ, ὁ, lotus, *arbor quædam, est et ex herbarum genere, ut antè, β.* 776.

Πλάζω, *per syncop. pro* πελάζω, appropinquo, accedo ; *hinc* προσπλά- 285
ζω, *pro* προσπελάζω, *idem ; à* πέλας, propè.

Πωτάομαι, *pro* ποτάομαι, volo, volito, *et metaph. de rebus quæ ra-* 287
pido cursu feruntur, tam inanimatis, quàm animatis dicitur ; à πέτομαι, *idem.*

Εἵλιξ, *vel* ἕλιξ, κος, ἡ, circumvolutio, volumen ; *capitur etiam ad-* 293
ject. pro intorto, *et* implicito ; ἕλικες βόες, *dicuntur apud poëtas, vel*
nigri, *vel* flexiles, *vel à* retortis cornibus, *vel à* crurum flexu, *vel quòd*
ἐν ἕλει τεθραμμέναι, in paludibus et pascuis nutriantur, *ut Grammatici annotant.*

'Εξήλατος, ου, ὁ καὶ ἡ, extensus, extrinsecus obductus ; *ab* ἐλαύνω, 295
ductile opus facio.

Χαλκεὺς, έως ὁ, faber ærarius, *vel* ferrarius ; χάλκειος, εία, ειον, æreus,
à χαλκὸς, οῦ, ὁ, æs. *Vide α.* 235.

'Ράβδος, ου, ἡ, virga, bacillum ; παρὰ τὸ ῥαβδίζειν, fuste percutio, *tunc* 297
acuitur ; vel, παρὰ τὸ ποιεῖν ῥαδίως βαδίζειν, quòd gressum juvet, *et tunc*
circumflectitur, Eustath. est in clypeis, suturæ in ambitu scuti, virgis
similes, *ut hìc.*

Δόμος, ου, ὁ, domus, caula, *in specie, ut hìc.* 301

Βώτωρ, *idem quod* βωτὴρ, pastor ; *à* βόσκω, pasco. 302

Πυροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ignem ferens, *pro quo frequentiùs dicitur* πυρ- 314
φόρος : *sed in hâc significatione non legitur apud Homer. à* πῦρ, ignis,
et φέρω· *item,* triticum ferens, ferax ; *à* πυρὸς, triticum : *pro* πυροφόρος, 320
in hâc significatione, legitur, Od. γ. 495. *et Hymn. in Apoll.* πυρηφόρος.

"Εξαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *per syncopen pro* ἐξαίρετος, electus, eximius, 320
præstans ; *ab* ἐξαιρέω. *Vide β.* 227.

'Αγήρως, ω, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* ἀγήραος, *antè, β.* 447. senectutis ex- 323
pers. *Accusativus* ἀγήρω, *sine ν reperitur, et in masculino et fæminino ; aliquando etiam* ἀγήρων· *cum ν in neut.* ἀγήρων.

Πετεῶο, *Attic. pro* Πετεὼ, *gen. sing. à* Πετεὼς, ὁ, *nom. proprium viri,* 331
regis Athenarum.

'Αρὴν, *pro* ἀρὰν, *ab* ἀρὰ, ᾶς, ἡ, *hìc,* noxa, damnum. *Vide α.* 10. 334

'Ακόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, insatiabilis. *Vide η.* 117. 335

Βώσας, *et* βώσομαι, *ac* βώσεσθαι, *apud poëtas sæpè reperiuntur pro* 337

βοήσας, βοήσομαι, et βοήσεσθαι, per contractionem facta; hinc βωστρέω, voco, *Od.* μ. 124.

340 Ἐπῴχετο, 3. *sing. imperf. ab ἐποίχομαι· quidam legunt ἐπῴχατο, quod si sic legendum, esset Ion. ἐπῳγμένοι ἦσαν· tertia plur. plusq. pass. verbi ἐποίγω.*

347 Ζαχρηὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, validè, acriter, magno cum impetu irruens, et invadens; *à particulâ ζα, et χράω,* invado furiosè; *idem quod ἐπιπίπτω.*

380 Μάρμαρος, άρου, ὁ καὶ ἡ, albus, π. 735. *vel substantivè sumitur pro μάρμαρος λίθος, ut hìc; à μαρμαίρω,* splendeo, rutilo, *nam quæ candicant, ea ex se splendorem vibrant: est et aliquando* marmor.

384 Ἀράσσω, *seu* ἀράττω, amputo, abscindo, *propriè,* διὰ τοῦ σιδήρου τέμνων παρὰ τὸ ἄρης, ferrum.

385 Ἀρνευτὴρ, ῆρος, ὁ, urinator; παρὰ τοὺς ἄρνας, agnos; οἳ εἰώθασιν ἐπὶ κεφαλὴν ἅλλεσθαι ὥσπερ τὸν ἀέρα κυρίσσοντες, qui solent in caput desilire velut aërem cornibus impetentes, eodem modo urinatores prono capite se immittunt in aquas.

389 Γυμνόω, *fut.* ώσω, denudo, spolio; *à* γυμνὸς, ἡ, ὸν, nudus; *sæpè significat apud Homer.* inermem, nudum armis, π. 815. *dicitur* παρὰ τὸ γυῖα μόνα ἔχειν, quòd solùm habeat corpus, qui nudus est.

Βραχίων, ονος, ὁ, brachium, lacertus; *quasi βραχυκίων, vel quòd sit βραχίων, id est, βραχύτερος τοῦ λοιποῦ μέρους τῶν χειρῶν, quòd desinat ad manuum juncturam, iisque totis sit brevius.*

421 Δηριάω, *f.* άσω, contendo, rixor, pugno, *à* δῆρις, εως, ἡ, contentio, pugna, prælium; *hoc autem à δαίρω,* cædo, verbero, *vel à δαίω,* divido; *est et δηρίω, vel δηρίζω,* ρ. 734. *et δηρίνομαι,* π. 756. *idem cum δηριάω.*

422 Ἐπίξυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, communis, promiscuus; *à* ξυνὸς, ἡ, ὸν, communis, ο. 193. *quod Atticum est, pro κοινός.*

426 Πτερόεις, εσσα, εν, volatilis, velox, levis, *ut hìc.*

431 Ἐῤῥάδαται, *et* ἐῤῥάδατο, *Ion. pro* ἐῤῥασμένοι εἰσὶ, *et* ἦσαν, 3. *pers. plur. præt. et plusquamperf. pass. ex tertiâ singulari* ἔῤῥασται, *correptâ primùm penultimâ auferendo σ· deinde ante τ inserendo δα, à ῥάζω, idem quod ῥαίνω· in hunc modum ἀγωνίδαται, et ἀγωνίδατο, ab ἀγωνίζομαι· κεχωρίδαται, à χωρίζομαι· πεφράδαται, à φράζομαι· ἐσκευάδαται, à σκευάζω· et ὠνομάδαται, ab ὀνομάζομαι, &c.*

433 Χερνῆτις, ιδος, ἡ, mulier victum quærens nendo manibus; *à* χεὶρ, manus, *et* νέω, neo; *χερνήτης, masc. item generaliter,* manibus quæstum faciens.

434 Σταθμὸς, οῦ, ὁ, *aliquando* statera, librà, *ut hìc; et tum derivatur ab* ἵστημι, appendo.

435 Ἰσάζω, adæquo; *ab* ἶσος, η, ον, æqualis; *est ἰσόω idem cum ἰσάζω, Odyss.* 212.

448 Ὀχλίζω, *fut.* σω, moveo, *vel* vecte impello, *et* protrudo; ὀχλεύω, *idem; hinc ὀχλίσσεια, aor.* 1. *opt. Æol. sed ὀχλεῦνται,* φ. 261. *ab ὀχλέω,* turbo, commoveo, *ab* ὄχλος, ου, ὁ, turba.

454 Ἔρυμαι, *per syncop. pro* ἐρύομαι, *apud poëtas,* custodio, servo, tueor, *et* ἔρυσθαι, *pro* ἐρύεσθαι· εἴρυτο *pro* ἐρύοντο. *Vide* α. 239.

Δικλὶς, ίδος, ὁ, fores geminæ, portæ bifores, valvæ bifores, *αἱ δὶς, vel* 455
δίχοθεν κλειόμεναι· ἀ δὶς, bis, *et κλείω,* claudo; *vel, ἀ κλεὶς, δὸς, ἡ,* clavis, *ut sit fores quæ binis clavibus obserantur.*

Ὀχεὺς, έως, ὁ, vectis; *ab ἔχω· ὀχῆες ἐπημοιϐοὶ,* vectes proximi, adeò ut sese invicem corroborent.

Ἐπημοιϐὸς, ἡ, ὸν, alternans; *ab ἀμείϐω,* alterno. 456

Θαιρὸς, οῦ, ὁ, cardo; *ἀπὸ τοῦ θέειν δι' αὐτοῦ τὴν θύραν,* quòd super eo 459
porta ultro citroque eat.

Ἄλλυδις, alibi, aliò. *Vide* λ. 486. 461

Ὑπώπια, *subintelligitur καθ· ab ὑπώπιον,* aspectus; *quasi diceret,* 463
suboculare, pars quæ subjacet oculis.

Ἕεστο, *pro εἷστο, plusquamperf. pass. poët. longam vocalem in duas* 464
breves solvendo; ab ἕω, induo.

Νόσφι θεῶν, exceptis diis. 466

Χύω, *et χύνω, idem cum χέω, ἀ quo fit; ἀ χύω, præt. pass. κέχυμαι,* 470
plusquamperf. ἐκεχύμην, ablato augmento, ἐχύμην· unde ἔχυντο, et ἐσέχυντο, ut hìc.

CLAVIS HOMERICA

IN N'. ILIADIS.

ἈΓΧΙΜΑΧΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, cominus pugnam iniens, *pro quo ἀγχέ-* 5
μαχος usurpatur, euphoniæ gratiâ; ab ἀγχὶ, propè, *et μάχομαι· est et ἀντιμαχετὴς, idem, β.* 604.

Γλακτοφάγος, *per syncop. pro γαλακτοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ,* lacte victi- 6
tans: *ἀ γάλα, κτος, τὸ,* lac; *et φάγω.*

Ἄϐιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, cui non suppetunt ad victum necessaria; *ab α priv. item,* dives, longævus, *ut hìc; ab α epitat. et βίος, ου, ὁ,* vita: *est et ἄϐιος,* valde robustus; *item,* non violentus; *ἀ βία, ας, ἡ,* vis, robur, violentus impetus.

Λίμνη, ης, ἡ, *sæpè* mare, *ut hìc; propriè* stagnum, palus, lacus, *β.* 21
611. *παρὰ τὸ λίαν μένειν,* quia silet et consistit aqua in stagno.

Τιτύσκομαι, collimo, *seu* collineo, ad scopum attentè dirigo; struo, 23
paro, jungo, *ut hìc: Angl.* yoked them to the chariot.

Ἀτάλλω, *seu ἀττάλλω,* delicatè nutrio tanquam tenellum puerum, 27
adolesco, cresco; *exponitur hìc,* exulto, lusito; *idem ἀτιτάλλω· ab ἀταλὸς, ἡ, ὸν,* tener, juvenilis, *quod ἀ τὸ τλῆναι, cum α priv.*

Κευθμὸς, οῦ, ὁ, *seu κευθμὼν, ῶνος, ὁ,* locus qui aliquem occultat, latibu- 28
lum; *pro quo etiam Æol. κευσμὸς· est et κεῦθος, idem, χ.* 482. *ἀ κεύθω,* occulto.

Διαίνω, humecto, irrigo; *παρὰ τὸν Δία· ponitur enim Ζεὺς, apud* 30

Græcos, pro aëre, *ut et apud Latinos* sub dio, *sive* Jove frigido, *ut,* τὰ ἐκ Διὸς ὕδατα, pluviales aquæ; διαίνετο, 3. *sing. imperf. pass.*

31 Σκαρθμὸς, οῦ, ὁ, saltus; ἀ σκαίρω, salto, salio; *unde* εὔσκαρθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, bene saltans; *item,* agilis, pernix.

37 Ἄῤῥηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, infractus, infragilis; *ab* α *priv. et* ῥήγνυμι.

Ἄλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insolutus, insolubilis; ἀ λύω, solvo.

40 Ἄμοτον, *hìc, adv.* perpetuò; *ab* ἄμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *antè,* δ. 440.

41 Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, strepitum magnum edens, valdè vociferans, multùm clamans: *quasi* ἅμα βρόμῳ· ἀ βρόμος, ου, ὁ, fremitus ingens; *quod* ἀ βρέμω, fremo, *et* α *epitat.*

Αὔΐαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, clamosus, valdè resonans; *quasi* ἅμα ἰαχῇ, *vel* talem clamorem edens, qualem canes latrantes; *nam* αὖ, αὖ, *sunt voculæ fictitiæ ad imitationem latratûs canum.*

48 Κρυερὸς, ρὰ, ρὸν, frigidus, horrendus, horribilis, dirus, tristificus, lethalis; ἀ κρύος, εος, τὸ, frigus; *idem* κρυόεις, εσσα, εν, ε. 740.

53 Λυσσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, rabidus, furiosus, rabiosus: ἀ λύσσα, ης, ἡ.

57 Ἐρωέω, *fut.* ήσω, *aliquando* inhibeo, repello, *ut hìc.*

58 Ὠκύπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, velox, celer, citò permeans: *ab* ὠκὺς, εῖα, ὺ, *et* πόρος, ου, ὁ, transitus.

59 Σκηπάνιον, ίου, τὸ, *Ion.* σκηπτήνιον, *et Dor.* σκαπάνιον, sceptrum: ἀ σκήπτω, innitor.

60 Κεκοπὼς, υῖα, ὸς, *part. præt. med. verbi* κόπτω· *aliquando* tundo, percutio, pulso, ferio, *ut hìc.*

62 Ἴρηξ, *Ion. pro* ἵεραξ, ακος, ὁ, accipiter; παρὰ τοῦ ἵεσθαι ῥᾷον, *id est,* φέρεσθαι, quòd pernicissima sit volucris.

63 Περιμήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, valde altus, valde longus; ἀ μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

64 Ὄρνεον, έου, τὸ, avis, ales; *ab* ὄρνις, ιθος, ὁ *vel* ἡ, *idem. Vide* β. 460.

71 Ἴχνιον, ίου, τὸ, vestigium; *ab* ἴχνος, εος, τὸ, *Od.* ρ. 317. vestigium, *id est,* ima pars pedis; *sed sæpissime capitur pro* vestigio, *id est,* signo pedis incedentis: *expon. pro* ipso pede, *vel pro* incessu, *ut hìc;* παρὰ τὸ ἴσχειν καὶ συνέχειν ὅλον τὸν πόδα, quòd totum pedem complectatur.

79 Μενοινώω, *pro* μενοινάω, valde cupio.

100 Τελευτάομαι, *fut.* ήσομαι, *aliquando* evenio, *ut hìc.*

102 Φυζακινὸς, ἡ, ὸν, fugax; ἀ φύζα, ης, ἡ, fuga.

103 Πάρδαλις, εως, ἡ, panthera; ἀ πάρδος, ου, ὁ, pardus; *vel quasi* πρόαλις, παρὰ τὸ προάλλεσθαι καὶ ἀτάκτως κινεῖσθαι, quòd saliat et inordinatè moveat in gressu.

Ἤϊον, ου, τὸ, esca, viaticum; *ab* εἶω, eo; *alibi pro* paleis, *et* aceribus; παρὰ τὸ ἰέναι καὶ φέρεσθαι ταχέως τὸ ἄχυρον.

104 Ἐπὶ χάρμῃ, *intellige,* parati.

108 Μεθημοσύνη, ης, ἡ, cessatio, negligentia; ἀ μεθίημι.

111 Ἐτήτυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* ἔτυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, verus, *ex eoque factum per epenthesin syllabæ* τη· *neut. gen.* ἐτήτυμον, *adverbialiter usurpatur aliquando, ut hìc.*

115 Ἀκεώμεθα, medeamur, 1. *plur. præs. subj. verbi* ἀκέομαι.

128 Λαοσσόος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui populum impellit, *aut* concitat, belli præses; *aliquando Martis epitheton, aliquando Minervæ, ut hìc;* ἀ λαὸς, οῦ, ὁ,

populus, *et* σόος, impetus, *quod est à* σείω· *est etiam* λαοσσόος, populum servans; *à* λαὸς, *et* σόω.

Φράσσω, *sive* φράττω, *fut.* ξω, sepio, munio; *item*, obstruo, obturo; 130
item, addenso, constipo, *ut hìc.*

Προθέλυμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *hìc*, crassus, densus. *Vide* ι. 507.

Ψαύω, *fut.* σω, contrecto, pervenio; *à* ψάω, appropinquo accedo, 132
tango; *est etiam* ψάω, abstergo radendo, detergeo, in tenues partes comminuo, uro, calefacio.

Πτύσσω, *fut.* ξω, plico, complico; *hìc, ad hastas applicatur, quæ adeò* 134
flexibiles sunt, ut duplicari videantur evibrando concussæ; ἐπτύσσοντο, 3. *plur. imperf. pass.*

Προὔτυψαν, *Att. pro* προέτυψαν, priùs lacessebant. 136

'Ολοίτροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, *pro quo* ὀλοοίτροχος, omni ex parte rotundus, 137
in modum rotæ; *ab* ὅλος, η, ον, *et* τρέχω· *aut ab* ὀλοὸς, ἡ, ὸν, *secundùm Eustath. et tum significat*, perniciosus in currendo.

Στεφάνη, ης, ἡ, *aliquando dicitur* cacumen montis, *ut hìc.* 138

'Αναθρώσκων, οῦσα, ον, insiliens, *part. præs. verbi* ἀναθρώσκω. 140

'Ασφαλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, minimè lubricus, tutus, qui non potest everti, 141
sine impedimento aliquid faciens; *à quo* ἀσφαλέως, *adverb. à* σφάλλω, *aliquando* everto.

"Εμπεδον, *adv. aliquando* constanter, continuò, *ut hìc.*

'Ισόπεδον, ου, τὸ, planities, æquus campus; *ab* ἰσόπεδος, ου, ὁ καὶ ἡ, pla- 142
nus; *quod ab* ἴσος, η, ον, *et* πέδον, ου, τὸ, campus.

'Αμφίγυος, ου, ὁ καὶ ἡ, *epitheton hastæ*, quæ potest utrinque lædere 147
γυῖον, membrum; *vel*, ὁ ἑκατέρωθεν γυῶσαι δυνάμενος, quæ utrinque claudos reddere potest, *vel* utrinque acutæ, *vel* titubantis, *et* trepidæ dum vibratur, *et quasi* claudicantis. *Vide* ἀμφιγυήεις, α. 606.

Σφείων, *poët. et Ion. pro* σφῶν. 148

Πυργηδὸν, *adv.* in modum turris. *Vide* γ. 153. 152

Κοῦφος, η, ον, levis, *id est*, non ponderosus; *vel* levis, *id est*, remissus, 158
languidus; κοῦφα, *pro* κούφως.

'Υπασπίδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, clypeo tectus; *ab* ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus; ὑπασπίδια, *adverb.*

Προποδίζω, *fut.* σω, procedo, progredior; *à* πούς, οδὸς, ὁ, pes.

Καυλὸς, οῦ, ὁ, caulis; *item, in hastâ* ligni extremitas quæ cuspidi 162
immittitur: *in ense* ea pars, quæ manubrio induitur, π. 338.

'Ακοντίζω, *fut.* σω, jaculor, *id est*, peto telo, *seu* ferio: *sic sæpè regit* 183
genit. personæ, subauditâ præpos. κατὰ, *ab* ἄκων, *pro* ἄκους, οντος, ὁ, telum.

"Ηλευα, effugi, *poët. et Æol. pro* ἤλευσα, *aor.* 1. *act. est etiam in medio* 184
ἠλευάμην, *pro* ἠλευσάμην, *ut* ἔχευα, *pro* ἔχευσα.

'Ρωπήϊον, ου, τὸ, locus virgultis plenus; *à* ῥὼψ, πὸς, ὁ, virgultum; *à* 199
ῥέπω, vergeo, propendeo.

Γαμψηλαὶ, ῶν, αἱ, malæ, *seu* maxillæ; *à* γαμψὸς, ἡ, ὸν, incurvus, in- 200
flexus, *pro* καμψὸς, *à* κάμπτω, flecto, incurvo; *hinc* γαμψώνυχες, π. 428.

Κορυστὴς, οῦ, ὁ, armiger, armatus miles, bellator; *à* κορύσσω, δ. 424. 201
quod à κόρυς.

204 Σφαιρηδὸν, *adverb.* in modum pilulæ, instar globi ; *à* σφαῖρα, ας, ἡ, sphæra, globus ; *item,* pila, *Odyss.* ζ. 100. *quod à* σπαίρω, *idem quod* σκαίρω, salto. *Sphærica sive rotunda sunt ad motum comparata, Harm.*
211 Νέον, *adverb.* nuper ; *à* νέος, α, ον, novus.
212 Ἰγνύα, ας, ἡ, poples, *id est,* posterior pars genu.
225 Ἀναδύω, *fut.* ύσω, existo, emergo, sursum erumpo, recedo, *seu* retrocedo ; ἀναδύομαι, *idem ; item* respuo, recuso, detrecto, fugio : ἀνδύεται *pro* ἀναδύεται.
233 Μέλπηθρον, ου, τὸ, ludibrium ; κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι, *id est,* laniari : *nam canes saturi cadaveris reliquiis illudunt ;* μέλπομαι, ludo, tripudio. *Vide* μέλπω, α. 471.
237 Συμφερτὸς, ἡ, ὸν, collatus, confertus, congestus ; *à* σὺν, *et* φέρω.
239 Ἀμπόνον, *pro* ἀνὰ πόνον.
260 Δήω, invenio : *sed sæpiùs futuri habet significationem, ut hìc.*
265 Γανόω, *fut.* ώσω, lætitiâ afficio, splendeo ; *à* γάνος, εος, τὸ, lætitia, splendor, *ut hìc.*
281 Μετοκλάζω, *fut.* σω, flexis genibus succumbo ; *ab* ὀκλάζω, *idem ; sed metaph.* labasco, succumbo, *vel* deficio.
282 Πατάσσω, *fut.* ξω, cum strepitu palpito ; *item,* percutio, ferio ; *hinc* πάταγος, ου, ὁ, fragor, strepitus, fremitus.
286 Δαῒς, ΐδος, ἡ, fax accensa ; *item,* pugna ardens ; *in* δαῒ *est apocope, pro* δαΐδι, *à* δαίω, uro ; *sed,* δαὶς, δαιτὸς, ἡ, epulum.
287 Χεῖρας ὄνοιτο, *intellige* quis.
288 Βλείμην, βλεῖο, βλεῖτο, *aor.* 2. *opt. med. verbi* βλῆμι, percutio ; *à* βάλλω, jacio.
290 Νηδὺς, ύος, ὁ, venter, cibi receptaculum, uterus, *ut* alvus, *Lat. pro* utero *sumitur ; dicitur* ἀπὸ τοῦ νηεῖν, quòd in ventrem cibus congeratur ; *hinc* νηδυῖα, intestina, ρ. 524.
291 Ὀαριστὺς, ύος, ἡ, confabulatio, *propriè,* maris cum fœminâ ; *sed in genere, pro* quâcunque confabulatione, *vel* commercio *sumitur, ut hìc ; ab* ὄαρ, ρος, ἡ, conjux. *Vide* ε. 487.
292 Νηπύτιος, ία, ιον, infans, stultus ; *à* νήπιος, ίου, *idem,* β. 38.
293 Ὑπερφιάλως, *adv. aliquando pro* μεγάλως, ὑπερφυῶς. *Vide* γ. 106.
309 Ἔλπομαι, *aliquando* existimo, puto, *ut hìc.*
314 Στάδιος, ία, ιον, stabilis, statarius ; *hinc* σταδίη μάχη, *vel* ὑσμίνη, stataria pugna ; *aliquando substantivum intelligitur, ut* η. 240. *et hìc ; ab* ἵστημι.
315 Ἐλόωσι, *poët. pro* ἐλῶσι, *vel* ἐλάουσι· *ab* ἐλάω, *quo poëtæ pro* ἐλαύνω *utuntur, et præsenti pro futuro.*
317 Ἐσσεῖται, *poët. pro* ἐσεῖται, *hoc autem Doricè, pro* ἔσεται, *futur.* 1. *verbi* εἰμὶ, *Dores enim fut. act. et med. circumflectunt.*
320 Δαλὸς, οῦ, ὁ, torris, κεκαυμένον ξύλον, *pro quo* δαυλὸς, *idem : à* δαίω, uro, incendo.
322 Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, litus ; *item* fructus, *seu* fruges, *ut hìc. Vide* λ. 630.
325 Αὐτοσταδία, ας, ἡ, pugna stataria ; *à* στάδιος, stabilis.
339 Φθισίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, perniciosus ; *fit à* φθίω, *seu* φθίνω, corrumpo ; *item,* corrumpor, perdor, *et* βροτὸς, mortalis.
340 Ἀμέρδω, *fut.* σω, privo visu, excæco ; *item,* obscuro, obtundo, fusco,

perstringo visum, *et generaliter*, privo; στερίσκω τοῦ μέρους, quocunque privo, π. 53. *ab α privat. et* μέρδω, intueor, *quod fit Doricè à* μερίζω.

Νεόσμηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuper tersus, *vel* politus; *à* σμάω, *vel* σμήχω, 342 abstergo; *item*, purgo.

Ἀμφὶς φρονεῖν, *id est*, διχνοεῖν, διχοφρονεῖν, dissentire, discordare. 345

Ὑπεξαναδὺς, emersus; *ab* ὑπὸ, ἐξ, ἀνὰ, *et* δῦμι. 352

Ἀμφαδίον, *adv.* palam; *ab* ἀμφαδὸν. 356

Πεῖραρ, *vel* πεῖρας, ατος, τὸ, *idem cum* πέρας, τος, τὸ, finis, terminus, 359 limes; funis, *ut hìc.*

Μεσαιπόλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, semicanus, qui medium canæ ætatis attigit: 361 *à* μέσος, η, ον, *et* πολιὸς, ὰ, ὸν,

Ἔνδον ἐὼν, *aliquando* qui adest, *ut hìc.* 363

Αἰνίζομαι, *fut.* σομαι, *idem quod* αἰνέω, laudo; *aliquando*, admiror. 374

Ὀπυίω, ineo, coëo; *exponitur*, habeo in matrimonio, uxorem habeo; 379 *imperf.* ὤπυιον, ες, ε· *præs. pass.* ὀπυίομαι, ineor, comprimor, in matrimonio habeor: *maritus ergo* ὀπυίει, *uxor verò* ὀπυίεται. *Vide suprà* ϑ. 304. *et infra* π. 178. *Futurum hujus verbi nullum esse potest, quia post* υι *consona locum nunquam habet. Factum est (secundùm Damm.) ab* ὕειν, pluere, rigare, *et* ὄπις, cura, respectus; *quia per congressum maritalem respicitur ad* τεκνοποιΐαν, *quæ conserendo et compluendo arvum genitale perficitur: nam maximè hoc verbum congressum illud ipsum notat.* ὀπυιέμεν *hìc pro* ὀπυίειν, *infin. præs. act.*

Συνώμεθα, 1. *pl. aor.* 2. *subjunct. à* σὺν, *et* ἵεμαι· συνίεμαι, *hìc*, paciscor, 381 convenio.

Ἐεδνωτὴς, οῦ, ὁ, *pleonasm.* τοῦ ε, *pro* ἑδνωτὴς, socer, *id est*, qui filiam 382 dat, additâ dote; *ab* ἕδνα, dos, *pro quo* ἔεδνα, *idem; vel cum tenui,* ἔεδνα, *idem*, *Od.* α. 277.

Ἀμύντωρ, ορος, ὁ, vindex, auxiliator; *ab* ἀμύνω, auxilior, *aliquando* 384 ulciscor.

Λαιμὸς, οῦ, ὁ, guttur, gula; *à* λάω, λαύω· διὰ τὸ ἀπολαυστικὸν τοῦ πότου, quia fruitur cibis et potu. 388

Ἀχερωὶς, ἴδος, ἡ, populus alba; *ab Acheronte denominari putatur.* 389 *Ferunt Herculem, cùm adversus Cerberum progrederetur, consitam ad Acherontis ripas conspexisse arborem, quam secum reportavit, et* ἀχερωΐδα *nuncupavit*, Coul.

Πίτυς, υος, ἡ, pinus; *à* πίπτω, cado. 390

Βλωθρὸς, ρὰ, ρὸν, altus, excelsus; *à* βλώσκω, *fut.* σω, gradior, advenio; *vel quasi* ἄνω θρώσκω, sursum salio.

Νεήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, recenter acutus; *ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, cuspis. 391

Βρύχω, *f.* ξω, frendeo, strideo; *sed* βρύκω, mordeo, rodo, devoro; *et* 393 βρύω, *fut.* σω, scateo, pullulo: βεβρυχὼς, υῖα, ὸς, *part. præt. act.*

Δράσσω, *seu* ττω, *fut.* σω, prehendo manu, corripio; *hinc* δράγμα, ατος, τὸ, manipulus, λ. 69. κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης, *id est*, ἀπρὶξ ἐχόμενος τῆς γῆς χερσὶν ἢ ὀδοῦσι, *Eustath.*

Ἐάλη, convolutus est, involvit se, occultavit se, contraxit se, *Attic.* 408 *vel Ion. pro* ἥλη· *ab* εἶλον, *cujus aorist. pass. Ion.* ἄλην, *et pleonasm.* τοῦ ε, ἐάλην, *aut communiter* ἥλην, *et dialysi* ἐάλην· *unde et partic.* ἀλεὶς, εῖσα, ὲν, *secundùm Phavorinum; aut ab* ἀλῶ, declino, vito, *&c. secundùm*

Suidam, aut ἑάλη, *per metaplasm. pro* ἑάλω, *quod est Attic. pro* ἥλων, *aor.* 2. *verbi* ἁλίσκω, capio.

409 Καρφαλέος, έα, έον, siccus, aridus; *à* κάρφω, *fut.* ψω, sicco, arefacio: *exponitur*, sordidum reddo; *pro* καρφαλέος, *legitur apud Hom.* καρχαλέος, φ. 541.

Ἐπίθρεξας, ασα, αν, *part. aorist.* 1. *verbi* ἐπιτρέχω, percurro; *item*, per summas partes curro, incurro, incurso, attingo, supervolo, *ut hìc: nam* τρέχω *habet duo fut.* δραμοῦμαι, *et* θρέξομαι.

414 Ἄτιτος, ίτου, ὁ καὶ ἡ, inultus: *à* τίω.

416 Πομπὸς, οῦ, ὁ, qui aliquem deducit, *seu* transmittit, comes; *à* πέμπω, mitto. *Vide* ζ. 171.

435 Πεδάω, *fut.* ήσω, pedicis vincio; *à* πέδη, ης, ἡ, pedica, vinculum pedum; *à* ποῦς, *et* δέω, ligo.

436 Ἀλέασθαι, *sæpè pro* ἀλεύασθαι, *aor.* 1. *ab* ἀλεύω· *vel est infin. ab* ἀλέομαι, *ab* ἀλέω, vito.

437 Ὑψιπέτηλος, folia in cacumine gerens; *item*, altus, excelsus, *ut hìc: à* πέταλον, ου, τὸ, *Ionicè* πέτηλον, folium, *propriè*, quod est in amplitudine expansum; *quod à* πετάω, pando.

441 Ἐρείκω, frango, contundo, scindo; *idem quod* ῥήσσω.

442 Ἐπεπήγει, 3. *sing. plusq. perf. med. à* πήγνυμι, *vel* πήσσω, figo.

443 Οὐρίαχος, ου, ὁ, *idem quod* σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, ferrum quo ima hastilis pars præfixa est; *ab* οὐρὰ, ᾶς, ἡ, cauda; *quasi* οὐρὰ τοῦ δόρατος· οὐρὰ, cauda, *tribuitur omnibus irrationalibus, avibus exceptis, et quibusdam inanimatis; in agmine*, extremum agmen, navis *quoque* prora οὐρὰ *dicitur.*

456 Ἑταιρίζω, *fut.* σω, sodalis fio; ἑταιρίζομαι, associo mihi; *ab* ἑταῖρος, ου, ὁ, socius: *pro* ἑταιρίζω, *poët.* ἑταρίζω.

458 Δοάσσατο, *secundùm quosdam, pro* δοιάσατο, *detracto* ι *et geminato* σ, *à* δοιάζω, dubito, consulto, delibero; *secundùm alios, pro* ἐδοξάσατο, ξ *exempto, et Æolicè* σ *geminato, à* δοξάζω, existimo; *est et* δοάσσεται *in futuro*, ψ. 339.

485 *Pro* γενοίμην, *et* 1. *plur.* γενοίμεθα, *poëtæ et Iones dicunt* γεγενοίμην, *et* γεγενοίμεθα.

493 Βοτάνη, ης, ἡ, herba, gramen; *à* βόω, *seu* βόσκω, pasco.

504 Κραδάω, *aliquando* vibro, quatio: *à quo* κραδαίνω, *idem; à* κράδη, ης, ἡ, ramus ficulnus, folium ficulnum, *aut* quodvis folium. *Vid.* η. 213.

507 Ἔντερον, ου, τὸ, intestinum; *ab* ἐντὸς, intus, intrà.

516 Βάδην, gradatim, pedetentim, lento gradu; *à* βαίνω.

521 Πέπυστο, *pro* ἐπέπυστο, *detractione augmenti*, 3. *sing. plusq. perf. pass. à* πυνθάνομαι, audio.

Βριήπυος, ου, ὁ καὶ ἡ, vehementer clamans, *Martis epithet. quasi* βριαρῶς ἠπύων· ἠπύω, sono, clamo, *pro* ἀπύω, *idem.*

530 Βόμβος, ου, ὁ, bombus, sonus quem edunt apes; *hinc* βομβέω *fit per onomatop. à literâ* β, *transfertur autem ad alios sonos, ut hìc.*

539 Νεούτατος, ου, ὁ καὶ ἡ, recèns vulneratus, *seu* ictus; *à* νέος, α, ον, *et* οὐτάω.

543 Ἑάφθην, *Ionicâ dialysi pro* εἵφθην, *aor.* 1. *pass. ab* ἕπομαι, sequor; *est etiam* ἑάφθην, *pro* ἥφθην, *poët. ab* ἅπτομαι, tango.

Θυμοραιστὴς, οῦ, ὁ, animum destruens ; ἀ ῥαίω, destruo ; θυμοραϊστὴς, 544
poët. dialysi.

Φλὲψ, βὸς, ἡ, vena : *metaphor.* φλέβες ὑδάτων, venæ aquarum : *dici-* 546
tur ἀπὸ τοῦ καυματωδέστατον φλεγμὸν περιέχειν, quòd calidissimum humorem contineat, *nempe* sanguinem.

'Αμενηνόω, *fut.* ώσω, imbecillum reddo ; *ab* ἀμενηνὸς, ἡ, ὸν, imbecillus, 562
invalidus : *idem* ἀμενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *ab α priv. et* μένος. *Vide* ε. 887.

Κυανοχαίτης, ου, ὁ, cujus setæ cyanum referunt, crines cæruleos, *vel* 563
nigricantes habens ; ἀ κύανος, ου, *et* χαίτη, ης, ἡ.

Σκῶλος, ου, ὁ, spinæ genus, quod in igne versatum et candefactum 564
validius evadit ; *aliquando* spinæ species, quem rustici ubi exacuerunt, et igne versarunt, teli loco usurpant : *accipitur pro* ligno, *aut* spinâ acutâ. *Metaphoricè* impedimentum : *sed tum potiùs* σκῶλον· ἀ σκέλλω, arefacio.

Αἰδοῖον, ου, τὸ, inguen ; *in plur.* pudenda : *est et* αἰδοῖος, οία, οῖον, ve- 568
nerandus ; *ab* αἰδὼς, όος, οῦς, ἡ, pudor, reverentia, inguen.

῎Αρης, εος, ὁ, Mars, bellum ; *hìc,* vulnus, plaga. 569

῎Ιλλω, oculis conniveo, vincio, constringo ; *hinc* ἰλλὰς, άδος, ἡ, vin- 572
culum contortum, *seu* contorquendo factum ; ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν.

'Αράττω, *fut.* ξω, abscindo, amputo, pulso, tundo, illido. *Metapho-* 577
ricè de verbis probrosis ; *dicitur* ῥάσσω *pro eodem.*

Πτύον, ου, τὸ, ventilabrum, *id est,* instrumentum, quo semen à pul- 588
vere et aceribus repurgatur ; ἀ πτύω, *fut.* σω, spuo, *metaph.* contemno : *poët.* πτυόφι, *abjecto* ν· *at in* ος *quintæ,* ος *vertitur in* ες, *ut* στῆθος, στήθεσφι ὄχος, ὄχεσφι, *ut antè dictum est.*

Κύαμος, ου, ὁ, faba ; παρὰ τὸ κύειν ἅμα, quòd simul concipiantur et 589
crescant.

'Ερέβινθος, ου, ὁ, cicer ; *ab* ὄροβος, ου, ὁ, ervum, legumen.

Λικμητὴρ, ῆρος, *et* λικμητὴς, οῦ, ὁ, ventilator, qui vanno frumentum 590
purgat ; ἀ λικμὸς, οῦ, ὁ, ventilabrum.

'Ελήλατο, infixa erat ; 3. *sing. plusq. perf. Att. pro* ἤλατο, *ab* ἐλαύνω. 595

῎Αωτον, ου, τὸ, flos ; *per metaph.* præstantissimum rei cujuslibet, *ut* οἰὸς 599
ἄωτον· *sumitur et pro* ἔριον, ου, τὸ, lana, *ut hìc. Vide* ι. 657.

Σφενδόνη, ης, ἡ, funda : *est et* ornamentum quoddam muliebre ; ἀ 600
σπεύδω, *quia funda lapidem fortiùs et citiùs manu propellit.*

'Αξίνη, ης, ἡ, securis ; *ab* ἄγω, frango. 612

'Ελάϊνος, η, ον, olivâ arbore factus, oleaginus ; *ab* ἐλαία, ας, ἡ, olea, *fructus ejusdem.*

Πέλεκκον, ου, τὸ, manubrium, *seu* capulus bipennis ; ἀ πέλεκυς, εως, ὁ, securis.

Ληκέω, *fut.* ήσω, sono, crepo, *aor.* 2. ἔλακον, *præt. med.* λέλακα. 616

Ξείνιος, *pro* ξένιος, hospitalis, ad hospites *seu* peregrinos pertinens. 625

'Ορχηθμὸς, οῦ, ὁ, saltatio ; *ab* ὀρχέομαι, salto, tripudio. 637

'Εξεπέρησεν, trajecit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐκπεράω. 652

Σκώληξ, ηκος, ὁ, vermis. 654

Ταθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass. verbi* τείνω, *præt. act.* τέτακα. 655

Θωὴ, ῆς, ἡ, mulcta, damnum alicui impositum ; *fit ab inusitato* θῶ, 669
quod exponitur ζημιῶ.

671 Γναθμὸς, οῦ, ὁ, mala, maxilla ; *à* γνάθος, ου, ἡ, *idem, Hymn. in Fornac.* 13. *interjecto* μ.

683 Χθαμαλὸς, ἡ, ὸν, *pleonasmo* τοῦ ϑ, *pro* χαμαλὸς, humilis, depressus, non multum à terrâ assurgens, non altus ; *à* χαμαὶ, *adverb.* humi, in terrâ.

686 Φαιδιμόεις, εσσα, εν, *et* φαίδιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, illustris ; *à* φαιδρὸς, ὰ, ὸν, hilaris, alacer.

703 Νέον, τὸ, *Ion.* νεῖον, novale ; *item, adverb.* recenter ; *à* νέος, α, ον, novus, *utroque modo.*

705 Κηκίω, salio, cum saltu sursum feror, perrumpo : *ex* κίω, *per redupl.* ἀνακηκίω, *idem.*

707 Ὦλξ, *per sync. pro* ὦλαξ, *quod fit Dor. pro* αὖλαξ, κος, ἡ, sulcus.

Τέλσον, ου, τὸ, finis, extremitas ; *à* τέλος, εος, τὸ, *per metath. et addito* ν, *sic* τέλσον ἀρούρης, ima tellus, *ut hìc.*

728 Περιίδμεναι, *per syncop. pro* περιϊδέμεναι *hoc autem Doricè et Atticè, pro* περιϊδεῖν· *à* περιείδω, scire suprà, scire plusquam, excellere ; *ab* εἴδω, scio. *Vide Clarke in loc.*

731 Ὀρχεστὺς, ύος, ἡ, saltandi ars, saltatio ; *ab* ὀρχέομαι.

737 Κατὰ *cum accus. aliquando* trans, *ut hìc,* κατὰ τεῖχος.

747 Ἔχω, *hìc, pro* ἀπέχω, abstineo, absisto, cesso.

761 Ἀνώλεθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, interitui non obnoxius, ab exitio et damno immunis ; *ab* α *privat. et* ὄλεθρος, ου, ὁ, pernicies, exitium, *quod ab* ὄλλυμι, perdo, perimo : ἀνόλεθρος *pro eodem.*

769 Γυναικομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mulierum amore insanus ; *à* γυνὴ, *et* μαίνομαι, insanio ; γυναιμανὴς, *idem.*

773 Σῶς, *idem quod* σόος, *ex quo contrahitur ; et ex* σῶς, *per dialys.* σάος· *secundùm alios,* σῶς *contrahitur ex* σάος· *significat aliquando* integer, perfectus ; νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος, nunc in totum es perditus.

776 Ἐρωέω, *fut.* ήσω, *hìc,* cesso.

777 Μέλλω, *aliquando* debeo, *ut hìc.*

798 Φλάζω, stultè, *et* inarticulatè loquor, ferveo, æstuo, *ut hìc ; hinc* παφλάζω, *idem, id est,* ferveo : *propriè dictum de* maris æstu.

799 Φαληριάω, albesco spumâ ; *à* φαληρὸς, ρὰ, ρὸν, albus, spumeus, *à* φαλὸς, ἡ, ὸν, splendidus, albus.

Ἐπὶ ἄλλα, *intellige* sequuntur.

815 Φθαίην, *aor.* 2. *optat. à* φθάνω, prævenio, assequor.

820 Κονίω, *vel* κονίζω, pulvere impleo, pulverem excito ; *à* κόνις, pulvis, cinis.

824 Βουγάϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui valde se jactat ; *à* βοῦ, *partic. augmentat. et* γαίω, glorior, jacto.

829 Πεφήσεαι, *Ion. pro* πεφήσῃ· *à* φάω, interficio.

Ταλάω, *fut.* ήσω, tolero, suffero, audeo, sustineo ; *idem* τλάω· *unde* τλῆμι, *idem.*

830 Λειριόεις, όεσσα, όεν, liliaceus, floridus ; suavis, tener ; *à* λείριον, ου, τὸ, lilium, *pro quo et* λίριον.

CLAVIS HOMERICA

IN Ξ'. ILIADIS.

ΦΡΑ'ΖΕΟ, *hìc*, vide, considera; *Ion. pro* φράζου, *præs. imperat. med.* 3
verbi φράζω, dico.

Λοετρὸν, *pro* λουτρὸν, *dialysi diphthongi, plerumque* illa aqua quæ la- 6
vationi paratur, lavacrum, *item*, balneum; *à* λούω, lavo: *hinc* λοετρο-
χόος, ου, ὁ καὶ ἡ, aptus ad lavacrum, *vel* lavandum, σ. 346.

Περιωπὴ, ῆς, ἡ, specula, *hìc*; locus è quo circumjacentia lustrantur 8
oculis; *propriè*, ipsa circumspiciendi actio, cura: *ex* ὢψ, oculus.

'Ερέριπτο, *pro* ἐρήριπτο, eversus est, 3. *singul. plusquamperf. pass.* 15
verbi ἐρείπω· *habet reduplicationem Atticam duarum initialium litera-
rum, et dialysin diphthongi, quæ erat in penultimâ; secundùm quos-
dam, à* ῥίπτω, projicio, præcipitem do, *cujus præt. act.* ῥέριφα, *pro* ἔῤῥιφα·
pass. ῥέριμμαι, *pro* ἔῤῥιμμαι, *plusq.* ἐρερίμμην, ψο, πτο, *pro* ἔῤῥιπτο.

Πορφύρω, purpureo colore perfundo; *item aliquando neutraliter*, pur- 16
pureo colore rubeo, *vel* nigro, *ut hìc*; *à* πορφύρα, ας, ἡ.

Κωφὸς, ἡ, ὸν, *hìc*, tacitus, nullum edens strepitum. *Vide* λ. 390,

"Οσσομαι, video, prævideo, præsentio, *factum per Æolicam mutatio-* 17
nem ex ὄπτομαι· *ut* πέσσω, *ex* πέπτω· *est etiam* ὄσσομαι, auguror, *ex* ὄσσα,
ης, ἡ, vox; *item*, omen.

Αὔτως, in eodem statu; *aliquando*, temerè, frustra. 18

Οὐδετέρωσε, neutram in partem; οὐδετέρωθεν, neutrâ ex parte: *ab* οὐ-
δετέρως, neutro modo, *vel* genere, *ab* οὐδέτερος, *seu* οὐθέτερος, *pro* οὐδὲ ἕτε-
ρος, neuter.

Ταχύπωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, celeres equuleos habens; *item*, rei equestris 21
peritus, *vel* bellicosus, *ut semper apud Homer. à* ταχὺς, *et* πῶλος.

Χαδέειν, *Ion. pro* χαδεῖν, *aor.* 2. *infin. act. à* χάζω, cedo, recedo, pri- 34
vo, capio, capax sum, contineo.

Στείνω, *Ion. pro* στένω, in arctum cogo, ango, densè onero: *à* στενὸς,
angustus.

Πρόκροσσαι νῆες, *dicuntur* aliæ post alias, *seu* super alias in continuâ 35
serie; *à* κροσσὸς, οῦ, ὁ, fimbria; *vel* κροσσαὶ, scalæ.

"Ακρα, ας, ἡ, *substant.* summitas, culmen, fastigium; *item*, cacumen 36
montis; *item*, promontorium, *ut hìc*.

'Οψείω, videre cupio, desidero; *ab* ὄπτομαι. 37

"Ετοιμος, *et Atticè* ἑτοῖμος, ου, ὁ καὶ ἡ, paratus, promptus; qui ad ma- 53
num est, manifestus, minimè dubius, *ut hìc*. *Vide* α. 117.

'Επεπίθμεν, *pro* ἐπεποίθειμεν, *plusquamperf. med. verbi* πείθω, *quo tem-* 55
pore significat, fretus sum, confido, spero. *Vide Schrev. Lex.*

77 'Ορμίζω, *fut.* σω, naves in stationem subduco; *item*, navem stabilio; *ab* ὅρμος, ου, ὁ, statio navium.
78 'Αβρότη, ης, ἡ, nox: *sæpè jungitur cum* νύξ. *Vide* κ. 65.
80 Νέμεσις, εως, ἡ, *aliquando* reprehensio justa, quod reprehensione dignum est.
84 'Αεικέλιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, ignavus, vilis, contemptus; *propriè idem quod* ἀεικὴς, non consentaneus, α. 341.
86 Τολυπεύω, *fut.* σω, glomero, nexo, fabricor, machinor, ad finem perduco; *à* τολύπη, ης, ἡ, lana carpta.
92 "Αρτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, *hìc*, sanus, consentaneus. *Vide* ε. 326.
98 Εὐκτὸς, ἡ, ὀν, optabilis, optandus; *ab* εὔχομαι.
101 'Αποπτανέουσι, respiciens ad; *ab* ἀπὸ, *aliquando significante* rursum *in compositione, et* ὀπτάνω, video, cerno: *aut* ἀποπτανέουσι, avolabunt, *scilicet fugientes; à* πταίνω, *quod est ab* ἵπτημι, *secundùm Phavorinum.*
104 Καθικνέομαι, tango, contingo; *item*, ferio, percutio; *fut.* ἵξομαι, *aor.* 2. *med.* ἱκόμην, *ab* ἵκομαι· καθίκεο, *Ion. pro* καθίκου, 2. *sing. aor.* 2.
108 "Ασμενος, ένη, ενον, gaudens, gratus, libens; *ab* ἥδω, *cujus præt. pass.* ἥσμαι, *à quo* ἄσμενος· *comparat.* ἀσμενέστερος, *pro* ἀσμενώτερος· *superlat.* ἀσμενέστατος, *pro* ἀσμενώτατος.
110 Ματεύω, *fut.* σω, quæro, inquiro, indago; *à* μαστεύω, *idem, per ellipsin literæ* σ· *à* μαντεύω, oraculum consulo; *aut à* μάω, *aliquando* quæro, *inquit Eustath.*
111 'Αγάζομαι, *fut.* σομαι, *hìc*, succenseo, vitupero, invideo.
123 "Ορχος, ου, ὁ, plantarum series, *item*, hortus; *idem* ὄρχατος, ου, ὁ, βόθρος εἰς ὃν ἐντίθεται τὰ φυτὰ, fovea in quam plantæ immittuntur: *ab* ὀρύσσω, fodio.
127 Πεφασμένος, η, ον, *part. præt. pass. à* φάω, dico.
130 "Αρηται, 3. *sing. subj. aor.* 2. *med. ab* αἴρω, *aliquando* capio, sumo.
Iones pro εἷς dicunt ἕεις· pro τέσσαρες dicunt τέσσερες· pro τριάκοντα, τριήκοντα· et sic in cæteris numeralibus in άκοντα· pro εἴκοσι, ἐείκοσι.

Dores, τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, δίχθα pro διχῆ, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.

Æoles τέρτος pro τρίτος, τέσσυρες pro τέσσαρες, ἴα pro μία, πέμπε pro πέντε.

Poëtæ, δυὼ et δοιοὶ pro δύο, πίσυρες pro τέσσαρες, δυωκαίδεκον pro δώδεκα, δύο per omnes casus pro δυοῖν, δυσὶ, et in gen. plur. δυῶν.

Patronymica in ίδης Attici terminant in είδης.

Iones patronymica terminant in ων, ut Κρονίων pro Κρονίδης.

Æoles mutant ίδης in άδιος, ut Ὑῤῥάδιος pro Ὑῤῥίδης.

Poëtæ ante δης inserunt α, ut Πηληϊάδης, vel Πηλειάδης pro είδης vel ίδης, et sæpe syncopen habent, ut Ἠετίδης pro Ἠετιωνίδης.

Fœmininis patronymicis in ις, inserunt η, ut Καδμηῒς pro Καδμὶς.

Verbalia quædam peculiaria habent Attici, ut βλέμμα pro βλέπος.

Quæ formantur à σμαι, præt. pass. mutant σ in δ Dor. et Æol. nonnunquam etiam in ϑ, ut φράδμων à πέφρασμαι, μηνιθμὸς à μεμήνισμαι.

§ 6. *De Dialectis Pronominum.*

Ἐγώ.

Sing. Nom. ἐγὼ, Att. ἔγωγε· Dor. ἐγὼν et ἐγώνη, ἐγώσθην et ἐγώγα· Æol. ἐγῶ et ἐγῶν· Bœot. ἰώγα et ἰώνγα· Poët. γώ.

Genit. ἐμοῦ, Att. ἐμοῦγε, ἐμέοθεν, ἐμέθεν. Ion. ἐμέο, et Poët. ἐμεῖο. Dor. et Æol. ἐμεῦ. per aphær. μοῦ, μέοθεν, μείοθεν, μέθεν, μέο, μεῖο, μεῦ.

Dat. ἐμοὶ, Att. ἔμοιγε· Dor. ἐμὶν et ἐμοίνη· per aphær. μοὶ et μὶν.

Accus. ἐμὲ, per aphær. μὲ, Att. ἔμεγε.

Dual. nom. et accus. νὼ, Poët. νῶϊ, Dor. et Æol. ἄμμε, quod Poëtæ usurpant etiam pro ἡμᾶς.

Gen. et dat. νῶν, Poët. νῶϊ vel νῶϊν.

Plur. nom. ἡμεῖς, Ion. ἡμέες et ἡμεῖες, Dor. ἁμες, Æol. ἄμμες, Poët. ἄμμες.

Genit. ἡμῶν, Ion. ἡμέων, ἡμείων, et ἥμων, Dor. ἁμῶν, et ἁμέων, Æol. ἄμμων, et ἀμμέων.

Dat. ἡμῖν, Ion. et Poët. ἡμὶν, ultimâ brevi, Atticè ἧμιν, Dor. ἁμὶν et ἁμῖν, Æol. ἄμμιν, et ἄμμι.

Accus. ἡμᾶς, Ion. ἡμέας, et ἡμεῖας, Dor. ἁμᾶς. Poët. ἀμμᾶς, vel ἀμμέας, Æol. ἄμμας, vel ἀμμέας.

Σύ.

Sing. nom. σὺ, Att. σύγε, Dor. τὺ, τύνη, et τύγα.

Genit. σοῦ, Att. σοῦγε, Att. vel Poët. σέοθεν, et σέθεν, Ion. σέο, vel Ion. et Poët. σεῖο. Dor. vel Æol. σεῦ, vel τεῦ, vel τεοῖο.

Dat. σοὶ, Dor. τοὶ, Poët. τὶν, et τεΐν.

Accus. σὲ, Dor. τὲ et τὺ.

Dual. nom. et accus. σφῶ, Æol. et Dor. ὔμμε, quod Poët. etiam est pro ὑμᾶς, Poët. σφῶϊ.

Genit. et dat. σφῶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. ὑμεῖς, Ion. ὑμέες, vel ὑμεῖες, Dor. ὕμες, et ὔμμες, Æol. ὔμμες.

Genit. ὑμῶν, Ion. ὑμέων, et ὑμείων, Dor. et Æol. ὔμμων, et ὑμμέων.

Dat. ὑμῖν, Att. ὕμιν, Æol. ὔμμι, et ὔμμιν, Poët. ὑμὶν, ultimâ brevi.

Accus. ὑμᾶς, Ion. ὑμέας, Æol. ὔμμας, vel ὑμμέας, Poët. ὑμμεῖας.

Οὗ

Sing. genit. οὗ, Ion. ἕο, Ion. et Poët. εἷο, οἷο, ἑοῖο, Atticè et Poët. εἷοθεν, ἕοθεν, et ἕθεν, Dor. εὗ, Æol. εὗ, ἕθεν, γέθεν.

Dat. οἷ, Ion. ἕοι, Poët. σφίν.

Accus. ἕ, Ion. ἕε, Poët. ἕθεν, et σφὲ, Dor. μὶν, et νὶν, quod etiam est omnis numeri et generis.

Dual. nom. et accus. σφὲ, Poët. σφέε, σφῶε.

Genit. et dat. σφὶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. σφεῖς, Ion. σφέες, Dor. σφὲς, per apocopen σφὲ.

Genit. σφῶν, Ion. σφέων, Ion. et Poet. σφείων.

Dat. σφῖσι, Ion. et Poët. σφὶ, et σφὶν, et per aphær. φὶν, Æol. ἄσφι.

Accus. σφᾶς, Ion. σφέας, Æol. σφὲς, et σφὲ, Dor. ψὲ, et Poët. σφεῖας.

Pronomina possessiva, quæ flectuntur more secundæ et tertiæ nominum simplicium, sequuntur earundem declinationum dialectos, ut Ion. ἐμοῖο, Dor. ἐμῶ, &c. pro ἐμοῦ, ab ἐμὸς.

Pro σὸς, σὴ, σὸν, Dor. et Poët. τεὸς, τεὰ, τεὸν· Æoles contrahunt cum articulo, retracto accentu, et amisso spiritu aspero, ut ὄσος, ἤση, τὸσον.

Pro ἡμέτερος, ρα, ρον, Dor. ἁμέτερος, et ἁμὸς, ὰ, ὸν, Æol. ἄμος, α vel η, ον.

Pro ὑμέτερος, Dor. ὑμὸς, ὴ, vel ὰ, ὸν, Æol. ὔμος, &c.

Pro σφέτερος, Dor. σφὸς, ὰ, vel ὴ, ὸν, item σφέος, &c.

Pronominibus demonstrativis Attici addunt ι, ut οὑτοσὶ, in omni casu, sed neut. τουτοὶ, et sæpè τουτὶ, et in plurali pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Addunt etiam Attici ι infinitis et relativis compositis, τοῖος, τόσος, τηλίκος, et οὗτος, ut τοιουτοσὶ.

Τοῖος, τηλίκος, τόσος, habent sæpe syllabam δε adjectam, ut τοσόσδε, in omni casu et numero, Atticè δι.

Ὅς, οὗ, οἷ, usurpatur aliquando pro αὐτὸς, et σφέτερος, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, &c. cum verbis primæ et secundæ personæ.

Pro ἐκεῖνος, Poëtæ et Iones dicunt κεῖνος, Dores autem τῆνος per η diphthong. impropriam; vel sine ι.

Τοῦτο, ἐκεῖνο, et αὐτὸ, et compositis, Atticè additur ν.

Οὗτος et αὐτὸς, et composita ex his Ion. præponunt ε ante diph-

thongos vel vocales longas ultimæ syllabæ, excepto duali, et nomin. plur. ut τουτέου, pro τούτου.

Dores pro ταύτας, dicunt τούτας.

In compositis ab αὐτὸς, Iones vertunt αυ in ωϋ, hinc ἐμεωϋτέω, pro ἐμαυτοῦ.

Poëtæ flectunt ἑαυτοῦ divisim in sing. numero, ut ἕο αὐτοῦ, ἕοι αὐτῷ, ἕε αὐτὸν.

Poëtæ pro δεῖνα, dicunt δεῖς, δεῖνος, δεῖνι, δεῖνα.

§ 7. *De Dialectis Verborum.*

Attici mutant barytona in circumflexa, ut τυπτῶ, pro τύπτω, et circumflexa in baryt. ut ἀνώγω, pro ἀνωγέω.

Augent in medio per syllabam αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμύνω.

In quartâ conjugatione mutant σσ in ττ, ut πράττω, pro πράσσω.

Utuntur futuris mediorum pro activorum.

Tollunt σ ex ίσω fut. verborum pollysyllab. in ίζω, et circumflectunt ultimam, ut ὁπλιῶ pro ὁπλίσω, ab ὁπλίζω· ὁπλιοῦμαι med. aliquando etiam Doricè εῦμαι· etiam ex άσω et έσω abjiciunt σ cum præcedente vocali, ut βιβῶ, pro βιβάσω, et futura barytonorum formant quasi à circumflexis, ut, ἀλεξήσω ab ἀλέξω.

Abjiciunt breves vocales, ut λοῦται pro λούεται, οἶμαι pro οἴομαι.

Dores mutant ζω in σδω, ut βαδίσδω, pro βαδίζω, et mutant σ in fut. in ξ, ut βαδίξω pro βαδίσω.

Formant nova verba à barytonis, ut νομάω à νέμω.

Inserunt υ verbis in έω, ut et Æoles, et άω, ut ζητεύω, pro ζητέω· verbis in ίω et ύω, inserunt ν, ut θύνω, pro θύω.

Æoles verba in μι formant à circumflexis, ut δάμνημι à δαμάω.

Characteristicam mutant ε in η, ut ἀδικήω, prò ἀδικέω· σσ in ζ, ut ὀρύζω, pro ὀρύσσω (cujus tempora quasi à δω formant.) πτ in σσ, ut ὄσσω pro ὄπτω.

Augent futura in ρῶ et λῶ inserendo σ, et retrahendo accentum, ut σπέρσω, pro σπερῶ· ψάλσω, pro ψαλῶ.

Multa sunt verba Poëtica in ώω, derivata ab aliis in ω purum desinentibus, ut πλώω à πλέω, ζώω à ζάω, &c. ut et ῥώω pro ῥώννυμι.

Dores circumflectunt fut. 1. ut τυψῶ, pro τύψω, τυψοῦμαι pro τύψομαι, et hoc pro τυψεῦμαι· et σ characteristicam futuri mutant in ξ, ut κλείξω, pro κλείσω· aliquando σ omittunt, ut Attici.

Poëtæ sæpe rejiciunt σ in fut. sextæ conjugationis, ut κλείω pro κλείσω, δήω pro δήσω.

Loco irregularis habent futurum regulare, ut δοκήσω, pro δόξω.

Nova formant, ut τροπάω à τρέπω, ἔχημι ab ἔχω.

Æoles addunt θα secundis personis in σ, ut οἶδας, οἶδασθα· hinc οἶσθα, per syncopen.

In secundâ et tertiâ personâ in εις, ει, Dores abjiciunt ι, et dicunt ες, ε, pro τύπτεις, Dor. τύπτες, Æol. verò τύπτης, verso ει in η, et sic in tertiâ personâ et in fut.

Dores pro μεν in primâ plurali dicunt μες, ut τύπτομες, pro τύπτομεν.

Attici addunt ν personis desinentibus in ε vel ι, ut ἔτυπτεν, pro ἔτυπτε· τύπτουσιν pro τύπτουσι, etiam sequente consonâ.

Ubi est σι in tertiâ plurali indicat. et subj. Dores mutant in ντι, pro ασι αντι, pro ουσι οντι, pro οῦσι οῦντι, vel όντι, vel εῦντι, ut pro τύπτουσι, τύπτοντι· pro τυποῦσι, τυποῦντι, vel τυπόντι. Æoles verò omittunt ν ex οῦντι Dorico, ut ποιεῦτι, pro ποιεῦντι, pro ποιοῦσι, ut et in pass. Sed εῖσι in έντι, ut τιθέντι, pro τιθεῖσι· et ita hæ personæ sunt similes dat. sing. participii, nisi in præterito, ut τετύφαντι.

Dores efferunt augmentum ει pro η, Iones η pro ει efferunt, ut ἐρωτάω, Ion. εἰρώταον, pro ἠρώταον. ἔχω, Dor. ἦχον, pro εἶχον.

Attici mutant augmentum ε in η, ut ἤμελλον, pro ἔμελλον. Poëtæ producunt geminando consonam, ut ἔλληξα, pro ἔληξα· ἐδδούπησα pro ἐδούπησα· et pro ευ immutabili in augmento, habent ηυ, ut ἠυχόμην· η pro ει, ut ἤκαζον, pro εἴκαζον· et addunt syllabicum aliquando temporali augmento, ut ἐώρων, pro ὥρων· sic ἑώρακα, et ἑωράκειν.

Attici et Iones pro η in augmento habent εα, et Æoles τῷ ε, υ subjiciunt, ut εὔαδε, pro ἕαδε, et hoc pro ἧδε.

In aor. 1. Poëtæ sæpe omittunt σ, ut ἦλευα, pro ἤλευσα, sæpe geminant σ post brevem, ut ἐτέλεσσα, pro ἐτέλεσα, ut et in futuro.

Poëtæ et Iones, et Æoles, ut quidam volunt, formant imperf. aorist. 1. et 2. ex secundâ personâ communi ejusdem temporis, auferendo augmentum, et addendo κον, κες, κε, et ita formantur in toto singulari, et tertiâ plurali, ut ἔτυπτον τύπτεσκον, ἔτυψα τύψασκον, ἔτυπον τύπεσκον, σκες, σκε· sed si diphthongus præcedit, abjiciunt vocalem subjunctivam, ut φίλεσκον pro φίλεισκον· vel si longa vocalis in verbis in μι mutant longam illam in suam brevem, ut ab ἐτίθην, τίθεσκον· vel à puris, ut ἐφίλεες, φιλέεσκον· hinc etiam imperf. pass. τυπτεσκόμην, σκου, σκετο, pro ἐτυπτόμην, &c.

Bœoti, ut et Dores, et Attici, ut quidam affirmant, mutant ον tertiæ plur. in οσαν, αν in ασαν, ut ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον, ἐτύπτασαν pro ἔτυπταν.

Iones et Poëtæ sæpe abjiciunt augmentum, ut ἔτυπτε, Poët. et Ion. τύπτε, sic in aor. nec Poëtæ literam ρ geminant, ut ἔριπτον pro ἔῤῥιπτον in aliis autem metri causâ syllabicum augmentum positione pro[illegible]cunt, geminatâ consonâ sequente, ut ἔδδεισα pro ἔδεισα.

Poëtæ ut et Iones augmento ε addunt et primam literam thematis, non solùm in temporibus, ubi augmentum locum habet, sed in cæteris, ut à χάζω, non tantùm in aoristo 2. κέκαδον pro ἔκαδον, sed etiam in futuro 2. pro καδῶ, κεκαδῶ, et κεκαδήσω, et med. κεκαδήσομαι· sic τέτυπον, et τετύποιμι, pro ἔτυπον, τύποιμι· sic pro ἔτυπτον, ἐτέτυπτον.

Attici habent in præt. ει pro λε, et με, augmentis, ut εἴληφα, εἵμαρμαι, pro λέληφα, μέμαρμαι.

In præt. adduntur Atticè duæ primæ literæ thematis verbis incipientibus ab α, ε, ο, præter augmentum commune, ut ἀγείρω, ἤγερκα, Attic. ἀγήγερκα, et corripitur tertia syllaba (si longa sit) cum præte-

ritum tres syllabas excedit, ut ἀλείφω, ἤλειφα, Attic. ἀλήλειφα· sic ἐλήλυθα, pro quo Dor. et Poët. εἰλήλουθα· servant enim tertiam longam: ab ἤλυθα, inusitat. et hìc sæpe est metathesis, ut ὤλολα, pro ὄλωλα, ab ὄλλυμι.

Attici mutant ε in penultimâ in ο, in præt. verborum dissyl. primæ et secundæ conjugationis, ut ἔστροφα, pro ἔστρεφα.

Ἔοικα, Attic. pro οἶκα, ab εἴκω· ἔολπα pro ἦλπα, ab ἔλπω· ἔοργα et ἔωργα, ab ἔργω· unde et plusquamperf. ἐώκειν, ἐώλπειν, ἐώργειν, quæ recipiunt augmentum in secundâ syllabâ. Accidit hoc aliquando etiam in aoristis aliorum verborum, ut ἕηκα, pro ἧκα, unde ξυνέηκα.

Κ Ionicè subtrahitur à præteritis verborum in άω vel έω, et penultima corripitur, ut μέμηκα, μέμαα· et aliquando servant longam, ut κεκότηα, à κεκότηκα· et ante κ, Ion. inseritur γ, ut ἔκταγκα, pro ἔκτακα.

Poëtæ in præt. med. transponunt ορ, ut δέδροκα, pro δέδορκα.

Poëtæ habent syncopen in præterito, ut κέκμηκα, pro κεκάμηκα.

Addunt in verbis ἔδω et ἄγω, præter communem Atticam reduplicationem, syllabas δο et γο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα, pro ἧκα, ab ἔδω· et ἀγήγοχα, aliquando ἀγήοχα, pro ἄγηχα, pro ἦχα, ab ἄγω· sic εἴπαπε, pro εἶπε.

Communibus augmentis præponunt ε, ut ἕηκα, pro ἧκα.

Transponunt literas in augmento præteritorum et aor. ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Bœoti faciunt 3. plur. præt. per αν, ut τέτυφαν, pro τετύφασι.

Attici sing. plusquamperf. formant in η sine ν, ης, η, ut ἐτετύφη. Iones εα, εας, εε, ut ἐτετύφεα· ᾔδειν, Attic. ᾔδη, Ion. ᾔδεα, ab εἴδω, *scio*. Tertiam pluralem εισαν, Attici et Dores efferunt per εσαν, ut ἐτετύφεσαν· vel sine augmento τετύφεσαν.

Atticum plusquamperf. temporaliter initio aliquando augetur, ut ἠγηγέρκειν, pro ἀγηγέρκειν.

Poëtæ sæpe habent syncopen, correptâ syllabâ præcedente, ut ἐπέπιθμεν· pro ἐπεποίθειμεν.

Ἤμβροτον, Poët. pro ἥμαρτον, ab ἁμαρτάνω.

Quando secundus aor. habet αρ in penultimâ, Poëtæ transponunt in ρα, ut πέρθω, aor. 2. ἔπραθον, pro ἔπαρθον· sic δέρκω, ἔδρακον, pro ἔδαρκον· in τρέφω verò non invenitur hæc metathesis, nisi in ἐτάρφημεν.

Iones omnia tempora circumflexa act. pass. et med. resolvunt, inserendo ε, et retracto accentu; ut pro ῶ, εῖς, εῖ, dicunt έω, έεις, έει· et aliquando inserunt ε ante longam non circumflexam, ut φαγέοις, pro φάγοις.

Attici mutant tonum in aor. 2. imperat. ut ἰδὲ, pro ἴδε· λαβὲ, pro λάβε.

Attici tertiam pluralem præsentis et aoristi utriusque imperativi, faciunt similem genitivo plurali participiorum, ut τυψάντων, pro τυψάτωσαν· vel tertiæ duali, ut τυπτέτων, pro τυπτέτωσαν.

Apud Syracusanos, ponitur ον in aoristo 2. pro ε, ut τύπον pro τύπε.

Æoles habent peculiarem aorist. 1. opt. modi in εια, ειας, ειε, quo etiam Attici utuntur in secundâ et tertiâ sing. et tertiâ plurali; et imitantur in præsenti, ubi pro οιμι baryt. aliquando dicunt οια, οιας, οιε, &c. ut εἴποια, pro εἰποίμην. Attici imitantur etiam barytona circumflexa in præsenti optat. ut τρεφοίην, pro τρέφοιμι.

Bœoti vertunt εν in σαν tertiâ plur. aor. optat. ut τύψαισαν, pro τύψαιεν· ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν.

Optativorum pluralis in είημεν, είητε, είησαν, Atticam syncopen patitur in omnibus verbis, ut τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, Att. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν.

Σι vel σιν additur Ionicè tertiis personis singularibus subjunct. in η desinentibus activis et mediis, ut τύπτῃσι pro τύπτῃ, τετύπῃσι pro τετύπῃ· et in verbis in μι, etiamsi in aliâ terminatione desinant, ut δῷσι, pro δῷ· aliquando σι additur etiam tertiæ præsentis indicativi, et ει vertitur in η, ut τάττῃσι pro τάττει.

Poëtæ et Æoles primam personam subjunct. in ωμεν, efferunt in ομεν per systolen.

Ubicunque in infin. est ν vel ναι, Attici, Iones, et Dores, ante ν vel ναι inserunt με, subtrahendo ι vel υ, ex diphthongo præcedente: Iones verò ex ναι auferunt αι, Attici et Dores αι ad ν adjiciunt, si non adsit. Dores aliquando ex ειν tantùm auferunt ι.

Æoles verò vertunt ειν in ην, ut τύπτην pro τύπτειν.

Poëtæ in temporibus Atticè formatis geminant μ, ut τυπτέμμεναι, pro τύπτειν.

Τύπτειν, Attic. et Dor. τυπτέμεναι, Dor. τύπτεν, Ion. τυπτέμεν, Æol. τύπτην, Poët. τυπτέμμεναι.

Τετυφέναι, Att. et Dor. τετυφέμεναι, Ion. τετυφέμεν.

Τυφθῆναι, Att. et Dor. τυφθήμεναι, Ion. τυφθῆμεν.

Δηλῶν, Att. et Dor. δηλόμεναι, Ion. δηλόμεν.

Iones pro τυπεῖν aorist. secundo, et fut. secundo dicunt τυπέειν· hi enim syllabas circumflexas dissolvunt, ut priùs dicitur.

Dores in participiis ουσα, fœmin. proparoxytonum efferunt per οισα, ut τύπτοισα, pro τύπτουσα.

Sed Æoles οῦσα per ῶσα, ut ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα.

Attici contrahunt participia derivata ab Ionicis præteritis verborum in άω, vel έω, quæ omittunt κ, et corripiunt penultimam, et sic contractis inseritur ε vel α epentheticè; ἑστακὼς, Ion. ἑσταὼς, Attic. ἑστὼς, epenth. ἑστεὼς ab ἕστακα, et Attic. fœm. per ῶσα flectitur, ut ἑστῶσα.

Τύψαις, Æol. pro τύψας· quidam Doribus hoc tribuunt.

Pro τετυφὼς, dicitur Æol. τετύφων, accentu retracto.

Participia cujuscunque declinationis suscipiunt easdem dialectos, quas eæ declinationes, per quas declinantur, suscipiunt.

De Passivis et Mediis.

Tempora in passivâ et mediâ voce quæ flectuntur activâ terminatione, habent easdem dialectos quas activa habuit.

Secunda persona passivæ et mediæ vocis inusitata fit à primâ, mutando μαι, in σαι, μην in σο, et vocales præcedentes μαι vel μην, nempè ο in ε, ω in η, et οῦ in εῖ· sed hæc non usitata sunt, ex illis tamen Iones formant suas, rejecto σ, dicentes εαι, ηαι, εῖαι, εο, αο.

Attici sæpe contrahant εαι, et ειαι, in ει, ut τύπτει, pro τύπτῃ, ex τύπτεαι, à τύπτομαι· τυπεῖ, pro τυπεῖαι, ex τυπῇ, à τυποῦμαι.

Tria autem semper faciunt ει in secundâ personâ med. ut,
- βούλει, non βούλῃ.
- οἴει.
- ὄψει, quibus additur ἔδει, ab ἔδομαι.

Ασῃ, in fut. 1. med. mutatur Bœot. in ᾷ, ut σκεδᾷ, pro σκεδάσῃ, à σκεδάζομαι.

Pro τυπτόμεθα, Ion. et Dor. fit τυπτόμεσθα, quod fit semper, cùm prima pluralis desinit in μεθα.

Pro μεθα, Æolicè dicunt μεθε, et μεθεν, ut λεγόμεθεν, pro λεγόμεθα, ut contrà, pro ὄπισθεν dicunt ὄπισθα, *retro, ponè.*

Pro ου dicunt Iones εο, Dores ευ, ut τύπτου, Ion. τύπτεο, Dor. τύπτευ.

Pro ω, in aor. 1. med. 2. pers. Iones dicunt αο, ut ἐτύψαο, pro ἐτύψω.

Dores verò in α, ut ἐτάξα, pro ἐτάξω.

Attici et Dores mutant σ in δ, in præt. quartæ conjug. ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι, Attic. aliquando extrudunt σ, ut κεκόνιμαι, à κονίζω· sic κεκορυθμένος, pro κεκορυσμένος· aliquando Attici mutant μμαι à verbis in νω, in σμαι, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι, à φαίνω· sed hoc est tantùm in primâ personâ.

In præt. pass. Æoles aliquando in quintâ conjug. mutant α in ο, ut ἔφθορται, pro ἔφθαρται, et hæc in infinitivo retrahunt tonum, ut τέτορθαι, pro τετάρθαι.

Poëtæ sæpe hìc habent metathesin, ut ἔσσυμαι, pro σέσυμαι.

Pro τετυμμένοι εἰσὶ, et ἦσαν, Iones (quod quidam Atticis tribuunt) dicunt τετύφαται, et ἐτετύφατο, formant à tertiâ singulari, ponendo α breve ante ται et το, et mutando tenues π vel κ, præcedentes α, in aspiratas, et σ in characteristicam aoristi secundi, videlicet, in δ, τ, aut θ· et vocalem longam aut diphthongum præcedentem α corripiendo, vocalem longam in propriam brevem vertendo, ex diphthongo verò alteram vocalem subtrahendo: aliquando autem longa vocalis servatur, cùm metrum postulat. Sed Poëtæ cætera tempora indicat. sic formant, ubi tertia plur. desinit in νται et ντο, ut à τύπτεται, τυπτέαται, pro τύπτονται· sed in optativo antepenultimam, ut hìc, non corripiunt, nam ex τύπτοιντο faciunt τυπτοίατο.

Μαι purum in perf. pass. facit tertiam plur. νται et ντο, ubi ν tantùm mutatur Ion. in α, ut πεποίηνται, et ἐπεποίηντο, Ion. πεποιήαται, et ἐπεποιήατο· et in optat. πεποιῇντο, Ion. πεποιῄατο.

Iones et Poëtæ aliquando plusquamperf. addunt tantùm augmentum præt. ut δέδεκτο, pro ἐδέδεκτο, pro quo δείδεκτο Poët. Aliquando autem augmentum præt. in plusquamperf. omittunt, ut ἔχυτο, pro ἐκέχυτο. Aliquando plusquamperf. prorsus caret augmento, ut δέκτο, χύτο.

Attici amant aor. 1. pass. magis quàm posteriorem.

Dores corripiunt penultimam aor. 1. ut ἐποιέθεν, pro ἐποιήθην.

Poëtæ recipiunt ν in indefinit. primo verborum in νω, quod præteritum abjecerat, ut ἐκλίνθην, pro ἐκλίθην, à κέκλιμαι.

In tertiâ plur. indefinitorum, Bœoti, ut et Dores, et Iones, dicunt εν pro ησαν, retracto accentu, ut ἔτυφθεν, pro ἐτύφθησαν. Aliquando σα tantùm syncopen patitur, ut μιάνθην, Iliad. δ. 146. pro μιάνθησαν, nisi malis pro μιανθήτην.

Pro σθωσαν in tertiâ plur. imperat. præs. pass. et med. et utriusque aor. med. Attici dicunt σθων, ut in tertiâ duali; ut pro τυπτέσθωσαν, Att. τυπτέσθων, ut et in præt. ut πεποιήσθων, pro πεποιήσθωσαν.

Participia præteriti passivi propriè sunt paroxytona; sed si carent augmento, Ionicè et Poëticè fiunt proparoxytona, ut ποτιδεγμένος, pro ποτιδεδεγμένος.

De Circumflexis.

Dores mutant contractionem ου in ευ, ut pro οῦμεν, primæ plur. dicunt εῦμεν, ποιεῦμεν, pro ποιοῦμεν, in imperf. ἐποίευν, pro ἐποίουν, et in passivo.

Iones, Æoles, et Dores, pro contractione ει dicunt η, ut φιλέειν, φιλεῖν, φιλῆν.

Dores pro contractione α dicunt η, ut pro βοᾶς, dicunt βοῆς, absque ι subscripto, abjiciendo ι ex ει, et mutando αι in η, quod etiam faciunt Attici in quibusdam.

Æoles ad latus ι adscribunt, ut γελάϊς, vel γελαῖς, pro γελᾷς, ex γελάεις.

In mediâ et passivâ voce in secundâ personâ, pro ᾷ ex άῃ, Attici et Dores dicunt ᾶσαι, ut βοᾶσαι, pro βοᾷ, ex βοάῃ. Iones verò sine σ in ῆαι, ut βοῆαι.

Contractionem ου ex εο, Dores et Æoles mutant in εῦ, ut ποιέομεν, ποιοῦμεν, Dor. et Æol. ποιεῦμεν.

Θι additur imperativo monosyll. contract. ut ζῆθι, ex ζάε, ζῆ.

Ποιοῖμι, βοῷμι, χρυσοῖμι, dicitur Attic. ποιοίην, βοῴην, χρυσοίην in hoc optativo Dores et Æoles mutant οι in ω, in primâ et tertiâ conjugatione, ut terminatione à secundâ non differunt, ut ποιῴην, χρυσῴην. Poëtæ verò in secundâ contractorum efferunt per ώοιμι, ut βοώοιμι, &c.

Ποίεεν, ποίειν, Dor. ποίεν, Æol. ποίεις, et ποίην, vel ποιῆν.

Iones sæpe ει contractum in εα resolvunt: hinc dicunt ποιέασθαι, pro ποιεῖσθαι.

Æoles pro γελᾷν, dicunt γελαῖν, vel γελάϊν, vel γέλαιν, vel γέλαις. Dores verò γελῆν, sine ι subscripto.

Αᾳν fit Atticè et Doricè άμεναι, Ion. άμεν, ut γελᾷν, γελάμεναι, γελάμεν.

Ὀρθόειν, ὀρθοῦν, Dor. ὀρθὸν, et ὀρθεῦν, Æol. ὀρθοῖς, vel ὄρθοις.

Poëtæ in secundâ contractorum præponunt aliud α, ubicunque contractio est in α, et retrahunt accentum, et omittunt ι subscriptum, si adsit, ut pro βοᾶσθαι, dicitur Poët. βοάασθαι, et in tertiâ singulari vocis activæ, pro ἐᾷ, ἐάα, ex ἐάει, ab ἐάω.

Pro ὁρῶ, dicunt ὁρόω· cùm enim contractio fit in ω, tum aliud ω inseritur, ut πηδώω, pro πηδῶ, ex πηδάω· (sic in tertiâ, ὑπνώω pro ὑπνόω) sed, si vocalis præcedens sit brevis, pro ω inserunt ο, ut ἐστιχόωντο, pro ἐστιχῶντο; ex ἐστιχάωντο· à στιχάομαι.

Iones autem præponunt ε, ut μνεώμενος, pro μνώμενος, ex μναόμενος.

Poëtæ aliquando huic ω postponunt ο, ut μνώομαι, pro μνῶμαι, ex μνάομαι.

In participio ῶν, ex άων, effertur Dor. per ᾶν, ut γελᾶν, pro γελάων.

De Verbis in μι.

Poëtæ sæpe omittunt reduplicationem, ut φίλημι, pro πεφίλημι.

Poëtæ formant verba in μι à barytonis, omissâ reduplicatione, ut ἔχημι, ab ἔχω, φέρημι à φέρω, βρίθημι à βρίθω, derivantur, quasi à verbis in έω.

Iones reduplicant per ε, ut τέθνημι, à θνάω, vel θνέω· sic ἕστημι pro ἵστημι, unde ἱστάναι· sic κέκλυθι, pro κλῦθι, à κλύω· quarta enim conjugatio esset reduplicationis expers.

Aliquando per duas initiales literas, ut ἀκάχημι, ab ἀχέω.

Aliquando additur μ post reduplicationem, ut πίμπλημι, à πλέω.

Poëtæ interdum ex vocali inceptis reduplicationem habent in secundâ syllabâ, ut ὀνίνημι, ab ὄνημι.

Æoles dicunt τίθεμμι, pro τίθημι, Bœoti πεφίλειμι, pro πεφίλημι.

Dores mutant η in α, ut φαμί, pro φημί, ἵσαμι, pro ἵσημι.

In mediorum et passivorum secundis personis trium priorum conjugationum σ Ion. omittitur, et tum fit Atticè contractio τίθεσαι, Ion. τίθεαι, Attic. τίθῃ· sic θέσο, Ion. θέο, Att. θοῦ, &c. Attici, Iones, et Æoles retinent longam vocalem in mediis et passivis, ut δίζημαι pro δίζεμαι.

Pro τίθησι, ἵστησι, fit Doricè τίθητι, ἵστητι· sic δίδωτι, ζεύγνυτι.

Pro φίλετον, φίλεμεν, &c. Æoles dicunt φίλητον, et sic in imperat. Poët. τίθητι pro τίθετι· sic ἵληθι pro ἵλαθι, δίδωθι pro δίδοθι.

Pro τιθεῖσι dicitur Att. et Ion. τιθέασι, tollendo ι, et inserendo α, Dor. τιθέντι, Æol. τίθεντι, retracto accentu; sic pro διδοῦσι, Ionicè διδόασι, Dor. διδόντι, Æol. δίδοντι· et sic in cæteris conjugationibus; sed pro ἄεισι et ἵσασι, Dor. et Æol. ἄεντι, et ἵσαντι· pro φασί, Dor. φαντί, Æol. φάντι· pro εἰσί, Ion. ἔασι, vel ἔασσι, Dor. ἐντί, Æol. ἔντι· εἶσι, *eunt*, Ion. ἴουσι· pro ἰεῖσι, Ion. ἰέασι, Att. ἰᾶσι, Dor. ἱέντι, Æol. ἴεντι.

Ζευγνύουσι sæpe usurpatur pro ζευγνῦσι.

Iones, Æoles, et Poëtæ in imperfecto mutant ν in σκον, et abbreviant præcedentem vocalem, et abjiciunt augmentum, ut τίθεσκον, σκες, σκε, pro ἐτίθην, δίδοσκον pro ἐδίδων.

Iones verò aliquando dicunt pro ἐτίθην, ἐτίθεα, et pro ἐτίθη, ἐτίθεε.

Pro τίθενται, fit Ion. et Poët. τιθέαται.

Poëtæ servant reduplicationem in futuro, ut διδώσω, pro δώσω.

Bœot. τέθεικα in præt. pro τέθηκα.

Pro ἐτίθησαν, Dores et Bœoti dicunt ἔτιθεν· sic pro ἔθεσαν, ἔστησαν, ἔδησαν, in aorist. 2. ἔθεν, ἔσταν, et ἔδον, formando à primâ singulari, longâ in suam brevem versâ.

Secunda singularis imperat. Atticè contrahitur, ut τίθη, pro τίθετι, &c. Dores verò habent hìc circumflexorum terminationem, ut τίθει, pro τίθετι. Æoles retinent penultimam longam, ut τίθητι pro τίθετι.

Pro στῆθι, Dor. στᾶθι· sic στᾶναι pro στῆναι.

Attici dicunt δῴην pro δοίην in optat. ut et Poëtæ, qui etiam dicunt στήην, pro σταίην.

Æoles pro θείμην, θεῖο, dicunt θοίμην, θοῖο, &c.

Iones in subj. pro τιθῶ, dicunt τιθέω· pro ἵστω, ἱστέω· pro θῶ, θέω· pro στῶ, στέω, Poët. θείω, στείω, Att. στῄω.

Pro δῷ, tertiâ pers. aor. 2. subjunctivi, fit Ion. δῷσι, quod fit in aliis temporibus subjunct.

Pro δῶσι, tertiâ plural. Poët. δώωσι· illi enim pro δῶ dicunt δώω, hinc tertiâ sing. δώῃ, et Ion. δώῃσι.

Τιθῆναι, pro τιθέναι, Poëticâ ectasi, Dor. τιθήμεναι.

Ας, ᾶσα, ὰν, secundæ conjug. Att. efferunt in ὼς, ῶσα, ut καθιστὼς, καθιστῶσα.

Τιθήμενος, pro τιθέμενος· Poëtæ enim in participiis verborum in μι, sæpe habent ectasin.

§ 8. *De Dialectis Adverbiorum.*

Attici, 1. Dativum pluralem secundæ simplicium ponunt adverbialiter pro *in loco*, ut Ἀθήνησι, pro ἐν Ἀθήναις.

2. Addunt initio adverbiorum, ut ἔχθες, pro χθὲς· et fine ι, ut νυνὶ, pro νῦν, quod et in aliis adverbiis temporis.

3. Minuunt in initio, ut ἅπερ, pro καθάπερ· et fine, ut δέον, pro δεόντως, quod et in aliis adverb. qualitatis in όντως.

Adverbia à neutris descendentia, Attici efferunt in α terminatione plurali, ut φίλα, pro φίλον, πολλὰ, pro πολύ. Præterea ἐνταῦθοι pro -θα, ἐνθάδι pro -δε, δευρὶ pro δεῦρο, ἄλλη pro ἄλλως, &c.

Iones, 1. resolvunt ῶς, ab adjectivis in ής, et ὲς, primæ contract. in έως, ut ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.

2. Aliquando minuunt, ut οὕτω, pro οὕτως.

3. Ponunt κ pro π in adverb. interrog. indef. et relat. ut κῶς, pro πῶς, et dicunt δεύρω pro δεῦρο.

Dores, 1. augent initio et fine, ut τὼς, pro ὡς, οἴκαδες, pro οἴκαδε.

2. Ex adverbiis in σθεν tollunt σ, ut ἔμπροθεν, pro ἔμπροσθεν, et dicunt πῶ pro πόθεν, ἄψ pro ὀπίσω.

3. Et mutant literas in adverbiis, ut πλατίον, pro πλησίον, ἀμὰ pro ὁμοῦ, ὄκα pro ὅτε, &c.

Æoles adverbia in θε et θεν efferunt per θα, ut ἔνθα, pro ἔνθεν, et abjiciunt σ finale in desinentibus in ακις, ut πολλάκι, pro πολλάκις.

Poëtæ, 1. faciunt adverbia à nominibus, syllabâ δε adjectâ, ut ἅλαδε, *ad mare.*

2. Augent, ut τίη, pro τί.

3. Et minuunt, ut τάχα, pro τάχιστα, τίπτε pro τίποτε, &c.

§ 9. *De Dialectis Præpositionum.*

Ξὺν Attici utuntur pro σὺν, et ἐνὶ pro ἐν, etὲς pro πρὸς.

Iones et Poëtæ dicunt ἐς pro εἰς.

Dor. πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνὰ, ἐν pro εἰς, ποτὶ pro πρὸς, et in appositione et compositione: ὠμπὶ, Æol. pro ἀμφὶ in compositione, ζιὰ pro διὰ, pro μετὰ, πετὰ.

Æoles et Poëtæ habent καταὶ, παραὶ, ἀπαὶ, ὑπαὶ, pro κατὰ, παρὰ, ἀπὸ, ὑπὸ· et ἐνὶ, εἰνὶ, et εἰν pro ἐν.

Poëtæ dicunt ὑπεὶ, pro ὑπὲρ, et in compositione, ut ὑπείροχος· Poët. denique præpositiones dissyllabæ ponuntur pro verbis, et habent accentum in penultimâ, ut πάρα pro πάρεστι.

§ 10. *De Dialectis Conjunctionum.*

Iones dicunt ὦν pro οὖν, γῶν pro γοῦν, ἔμπης pro ἔμπας.

Dores habent αἰ pro εἰ· sic αἴκε, et αἴκεν, et αἴκα, pro εἴκε, et εἴκεν· μὲς pro μὲν, τὼς pro ὡς, sic ὃ pro ὅτι, γὰ pro γὲ.

Poëtæ pro οὔτι, ὅττι, pro ἤ, ἠὲ, autem πάρος pro πρὸ, unde παροιθεν· πὲρ pro καίπερ, ἄρ' pro ἄρα.

§ 11. *De Dialectis in Compositis.*

Composita ab ἐστὶ per apoc. Poët. amittunt verbum, retentâ solâ præpositione, ut ἔνι et μέτα pro ἔνεστι et μέτεστι.

Præpositiones dissyllabæ in compositis, præfixæ vocalibus vocalem ultimam abjiciunt, ut παρακούω, nisi περὶ et πρὸ, quæ nec amittunt vocalem in compositione, nec apostrophantur in appositione.

Poëtæ autem in κατὰ, ἀνὰ, et παρὰ, rejiciunt ultimam vocalem α in compositis, etiam sequente consonâ: ut κάτθεο, ἀντείνω, παρκύπτω, pro κατάθεο, ἀνατείνω, παρακύπτω, et sæpe τ et ν deperduntur cum vocali α, ut κασχέθω, pro κατασχέθω, vel mutantur in alias consonas, quod cum sequenti non cohæreant.

Ν mutatur in μ ante β, μ, π, φ, ψ· in γ autem ante γ, κ, χ. in λ vel ρ, ante λ vel ρ. quod etiam de σὺν dici potest, sed σὺν ante σ, mutat ν in σ. ante ζ, σκ, στ, σχ. abjicit ν· τ in κατὰ mutatur in consonam sequenti similem, ut κάππεσεν, pro κατέπεσεν, sed ante asperam mutatur in ejus tenuem, ut κάτθανε, κάπφαγε· ante σχ abjicitur, ut κάσχεθε· et similis mutatio accidit compositis ab ὑπὸ, ut ὑββάλλειν· πρὸ aliquando patitur crasin; coalescit enim ο ejus vacalis ante ε et ο in ου, ut προύβαλλον, pro προέβαλλον.

Poëticè augetur verbi principium, tametsi à præpositione componitur, ut ἠμφίβαλλον, ab ἀμφιβάλλω.

§ 12. *Excerpta quædam ex Plutarcho de Dialectis, et speciatim de Homerico earum Usu.*

Variâ dictione usus Homerus ex omni Græcorum dialecto characteras suis Poëmatis interseruit. Unde eum totam Græciam et cunctas nationes peragrasse constat. Nam Doriensium τῇ ἐλλείψει (quæ perquam familiaris est brevitati studentibus) usus est, pro δῶμα dicens δῶ, ut αἶψα δέ οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται· et pro ὅτι, ὅ, ut ὅ μοι αἰετὸς ἔκτανε χῆνας· et pro ὀπίσω, ἄψ, ο quidem in α, π verò et σ in cognatam ipsis literam, nimirum ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, ἄλλο, ut ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή, et hujusmodi. Ad eundem modum et medias syllabas concidendo, dicit ὄτριχας pro ὁμότριχας, et οἰετέας pro ὁμοετεῖς, et ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον· item τρεῖν pro τρέμειν, et τίω pro τιμῶ. Eorundem Doriensium est et literas transponere, ut quum pro κράτιστοι, κάρτιστοι dicunt.

Æolum verò τῇ συγκοπῇ in compositis utitur, καδδραθέτην dicens pro κατεδραθέτην, et ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν. Deinde tertias imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt: ut ἐφίλη pro ἐφίλει, ἐνόη pro ἐνόει, quem morem sequutus Homerus ait, δίδη μόσχοισι λύγοισι, pro ἔδει, quod est ἐδέσμει, *ligabat:* et, τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνόμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων. Eorum est commutare σ in δ ac pro ὀσμὴ dicere ὀδμή, et ἴδμεν pro ἴσμεν. Præterea et pleonasmo in quibusdam vocibus utuntur, ut quum pro ἔκηλος, εὔκελος, et pro ἀτὰρ, αὐτὰρ, dicunt. Item secundæ verborum personæ θα syllabam adjicere, pro ἔφης, ἔφησθα, et pro εἴρης, εἴρησθα dicendo. Porrò consonantium duplicationem alii Doriensibus, alii Æolibus tribuunt; quale est illud ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, et ὁππότερος τάδε ἔργα.

Ionum autem proprietatem observat, dum τῇ ἀφαιρέσει in præteritis verborum temporibus utitur, veluti quum βῆ dicit pro ἔβη, et δῶκεν pro ἔδωκεν. siquidem in more habent præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus et præsens; et auferre ε in voce ἱρεὺς et ἱρήξ. Præterea quum tertiis subjunctivi modi personis σι addit, ut quum pro ἔλθῃ, ἔλθησι, et pro λάβῃ, λάβῃσι dicit; necnon dativis eandem adjicit, θύρῃσι et ὕλῃσι dicens. Adhæc dum τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, et νοῦσον pro νόσον, et κεινὸν pro κενὸν, et μεῖλαν pro μέλαν effert. Denique et α, quum productum fuerit, in η mutat, ut Ἥρη, Ἀθήνη, pro Ἥρα, Ἀθηνᾶ. Accidit autem nonnunquam ut è contrà η in α mutantes, pro λελησμένος, λελασμένος dicant. Insuper et circumflexa ita per διαίρεσιν efferunt, pro φρονῶν, φρονέων, et pro νοῶν dicentes νοέων. Eodem modo et genitivos in ους desinentes proferunt, ut Διομήδεος, Σάπφοος, pro Διομήδους, Σάπφους· et circumflexos genitivos plurales, ut Πηλέων, Περσέων. denique et plurales nominum neutrius generis rectos in η desinentes, ut στήθεα, μέλεα· idemque de ejusdem numeri genitivis judicium. Cæterùm hoc eis proprium est, ut τετράφαται pro τετραμμένοι εἰσὶ, et similia dicant.

Maximè verò Atticâ dialecto usus est, quippe quæ sit varia et ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς pro λαὸς usurpant, ita et ipse Πηνέλεως et χρέως dicit. Est autem eis familiare contrac-

tionibus nonnunquam uti, et pro duabus unam syllabam efficere: ut pro τὸ ἔπος, τοὖπος, pro τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον, quibus hoc Homeri est simile, Τρῶες δὲ πρoὔκυψαν ἀολλέες, et πεδία λωτεῦντα pro λωτεύοντα. Atticum quoque est ex hujusmodi optativis η tollere, δοκοίης, δοκοῖς, τιμῴης, τιμῷς, secundum quem Atticismum dictum est, ἄλλοι δὲ διακρινθεῖτε τάχιστα. Atticum est etiam hoc, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, quod nos κακίονες et ἀρείονες dicere solemus. Solent quoque hujusmodi accusativos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς, ἰχθῦς, ut in hoc, βοῦς περιτεμνομένους, et ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum est, οὐδέ τε μιν σθένεϊ ῥήγνυσι ῥέοντες, ut ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea et breves vocales Attici ex verbis abjiciunt, ut pro λούεται, λοῦται, pro οἴομαι, οἶμαι, ad quem modum et pro ἐλύετο, dicunt λῦτο. Eorundum est dicere ἑώρων et ἐωνησάμην, ex abundanti addentium ε, unde etiam est ἐῳνοχόει.

Attici elidunt etiam ι, quum pro ἠϊόνες, ἠόνες, et pro Νηρηΐδες, Νηρῆδες dicunt. Sic verò et illud habet σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. Denique in dativis in ι purum desinentibus quorum penultima α obtinet, idem fit, ut in his κέραϊ, γέραϊ, σέλαϊ. Est et hoc Atticum, ubi dicitur ἔστων et ἐπέσθων, pro ἔστωσαν et ἐπέσθωσαν. Ejusdem consuetudinis est quòd optativos pro præteritis indicativorum usurpant; quâ et Homerus identidem utitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, et adjectiva masculina conjungunt: ut τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε· quod et Platoni familiare est, ἄγοντε καὶ φέροντε, et ἡ σοφὸς γυνὴ, et ἡ δίκαιος. Sic igitur et Homerus de Junone et Minervâ dixit, οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ· et ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν· et κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Porrò quum dialecti multam quoque in constructionibus proprietatem habeant, quando Poëta dicit ἀλλ' ἄγ' οἴστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, Atticam consuetudinem refert; et quando ait δέξατό οἱ σκῆπτρον, et Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ δέκτο δέπας, in his definit.

Quo pacto igitur omnium Græcorum voces congerendo, variam orationem efficiat, dum utitur nonnunquam peregrinis, ut sunt prædictæ, aliquando verò priscis, ut quum dicit ἄορ et σάκος, interdum etiam communibus et assuetis, ut quum dicit ξίφος et ἀσπὶς, manifestum est. Sed est hoc admiratione dignum vulgares etiam dictiones apud eum orationis gravitatem retinere.

APPENDIX II.

DE FIGURIS,

QUÆ IN LEGENDO HOMERO, CÆTERISQUE POETIS SÆPE OCCURRUNT.

I. *De Dictionum Figuris seu Passionibus, ex Tryphone Grammatico.*

Dictionum passiones in duo generalissima dividuntur, scilicet, in *Quantitatem* et *Qualitatem.* Quantitatis quidem sunt species Ἔνδεια et Πλεονασμὸς, sed Qualitatis Μετάθεσις et Μετάληψις. Quum autem ambo in unum convenerunt, Τμῆσις fit. Sunt verò passiones quinque: Πλεονασμὸς, Ἔνδεια, Μετάθεσις, Μετάληψις, et Τμῆσις.

1. Πλεονασμὸς,

Redundantia, est superfluitas temporum vel temporis, elementorum vel elementi: ut κώρη pro κόρη, κάλλος pro καλὸς.

2. Ἔνδεια,

Defectus, est temporis vel temporum, elementi vel elementorum defectus: ut εἴδολον pro εἴδωλον, σκῆπτον pro σκῆπτρον.

3. Μετάθεσις,

Transpositio, est elementi dimotio à propriâ sede in aliam: ut δαρτὰ pro δρατὰ, κραδία pro καρδία, et κάρτος pro κράτος. Vocatur etiam Ἐνάλλαξις, *permutatio,* et Ὑπέρθεσις, *transpositio.*

4. Μετάληψις,

Transumptio, est elementi mutatio: ut ἠπεδανὸς pro ἀπεδανὸς, αἱμηπότης pro αἱμοπότης.

5. Τμῆσις,

Sectio, est compositi vocabuli resolutio in duas dictiones: ut ἄκρα πόλις pro ἀκρόπολις, ἐπὶ φρεσὶ θῆκε pro ἐπέθηκε.

Harum autem quinque passionum aliquæ in species secantur, ut Πλεονασμὸς et Ἔνδεια, aliquæ verò sunt insecabiles. Τοῦ Πλεονασμοῦ species sunt novem; Πρόσθεσις, Ἀναδίπλωσις, Ἔκτασις, Ἐπέκτασις, Διαίρεσις, Παρένθεσις, Διπλασιασμὸς, Παρέμπτωσις, et Προσχηματισμὸς. Sunt etiam τῆς Ἐνδείης species novem; Ἀφαίρεσις, Ἄρσις, Συστολὴ, Συγκοπὴ, Συναλοιφὴ, Ἔλλειψις, Παρέλλειψις, Ἔκθλιψις, et Ἀποκοπή. Adversatur ergo Πρόσθεσις τῇ Ἀφαιρέσει, Ἀναδίπλωσις Ἄρσει, Ἔκτασις Συστολῇ, Ἐπέκτασις Συγκοπῇ, Διαίρεσις Συναλοιφῇ, Παρένθεσις Ἐλλείψει, Διπλασιασμὸς Παρελείψει, Παρέμπτωσις Ἐκθλίψει, et Προσχηματισμὸς Ἀποκοπῇ. De harum singulis pauca perquam brevi dicenda.

Primo, De τοῦ Πλεονασμοῦ Speciebus.

1. Πρόσθεσις,

Additio, est adjunctio elementi in principio syllabæ: ut ἀσταφὶς pro σταφὶς, ἄσταχυς pro στάχυς, θαμὰ pro ἅμα.

2. Ἀναδίπλωσις,

Reduplicatio, est primarum vel secundarum syllabarum per easdem consonantes, vel ἀντιστοίχους, repetita prolatio. Fit autem in verbis et participiis et nominibus, estque frequens apud Iones et Æoles: ut κεκάμωσι pro κάμωσι, λελάχωσι pro λάχωσι, ἀταρτηρὸς pro ἀτηρὸς, ἐτήτυμον pro ἔτυμον.

3. Ἔκτασις,

Extensio sive *productio,* est, quando literæ correptæ bitemporeæ extenduntur, sive producuntur, vel breves in longas earum ἀντιστοίχους mutantur: ut κάλλος pro καλὸς, κώρη pro κόρη.

4. Ἐπέκτασις,

Superextensio sive *superproductio,* est, redundantia syllabæ in medio, quæ ejusdem est accentûs, quum generalis observatio id fieri non

prohibet: ut εὐτείχεον pro εὔτειχον, ἀδελφειὸς et ἀδελφεὸς pro ἀδελφὸς, πολεμήϊα pro πολέμια.

5. Διαίρεσις,

Divisio, est syllabæ resolutio, vel disjunctio in duo. Sed hæc passio Ionum et Thessalorum propria est: ut πάϊς pro παῖς, κόϊλον pro κοῖλον, βέλεος pro βέλους.

6. Παρένθεσις,

Interpositio, est additio vocalis in medio, non facientis syllabam: ut πνείοντες pro πνέοντες, κεινὴ pro κενὴ, νοῦσος pro νόσος, ξεῖνος pro ξένος, εἰλήλυθὼς pro ἐληλυθὼς. Porrò hæc passio Ionum est.

7. Διπλασιασμὸς,

Duplicatio vel *geminatio*, est ejusdem consonantis additio in medio, non efficientis syllabam: ut ὅττι pro ὅτι, ἄδδην pro ἄδην, μέσσον pro μέσον, ἔννεπε pro ἔνεπε, ὁππότε pro ὁπότε. Et hæc quoque passio Ionum est.

8. Παρέμπτωσις,

Intercidentia, est additio consonantium in medio, non efficientium syllabam: ut πτόλις pro πόλις, πτόλεμος pro πόλεμος.

9. Προσχηματισμὸς,

Est additio syllabæ in fine, quæ quatuor dialectorum est propria: ut λόγοισι pro λόγοις, μούσαισι pro μούσαις, προσώπαπα pro πρόσωπα, ἐγὼν pro ἐγὼ. Dicitur etiam Παραγωγή.

Secundò, De τῆς Ἐνδείας *Speciebus.*

1. Ἀφαίρεσις,

Detractio, est ablatio elementi ab initio: ut ὁρτὴ pro ἑορτὴ, αἶα pro γαῖα, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Sed hæc passio Ionum est.

2. Ἄρσις,

Ablatio, est abjectio geminatæ syllabæ à principio: ut βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, δέχθαι pro δεδέχθαι, βλήμενος pro βεβλημένος.

3. Συστολὴ,

Contractio seu *correptio*, est quando productæ bitemporeæ corripiuntur; vel longæ in breves earum ἀντιστοίχους commutantur: ut φυσίζοος pro φυσίζωος, ξερὸν pro ξηρὸν.

4. Συγκοπὴ,

Concisio, est abjectio syllabæ in medio: ut κάμμορος pro κακόμορος, δάσκιον pro δασύσκιον.

5. Συναλοιφὴ

Est duarum syllabarum in vocalem unio, dejectione tonorum. Fit autem Synalœphe per modos septem: simplices quidem, tres, per Θλίψιν, per Κρᾶσιν, et per Συναίρεσιν: compositos autem, quatuor, per Θλίψιν et Κρᾶσιν, per Θλίψιν et Συναίρεσιν, per Κρᾶσιν et Συναίρεσιν, et per Θλίψιν, Κρᾶσιν, et Συναίρεσιν.

1. per Θλίψιν, ut ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ.
2. per Κρᾶσιν, ut τἀμὰ, pro τὰ ἐμὰ.
3. per Συναίρεσιν, ut Νηρῆδες, pro Νηρηΐδες.
4. per Θλίψιν et Κρᾶσιν, ut κἀγὼ, pro καὶ ἐγὼ.
5. per Θλίψιν et Συναίρεσιν, ut ἐμοὐποδύνει, pro ἐμοὶ ὑποδύνει.
6. per Κρᾶσιν et Συναίρεσιν, ut ᾡπόλος, pro ὁ αἰπόλος.
7. per Θλίψιν, Κρᾶσιν, et Συναίρεσιν, ut ἐν τᾀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ.

6. Ἔλλειψις,

Defectus, est abjectio vocalis in medio, non facientis syllabam: ut ἀμύξαι pro αἰμύξαι, γεραὸν pro γεραιὸν.

7. Παρέλλειψις,

Prætermissio, est, quando una aliqua geminatorum consonantium omittitur: ut κάλιον pro κάλλιον, θᾶτον pro θᾶττον.

8. Ἔκθλιψις,

Elisio, est abjectio unius consonantis inter primam et ultimam syllabam, non facientis syllabam: ut σκῆπτον pro σκῆπτρον.

9. Ἀποκοπή,

Abscissio, est ablatio syllabæ in fine: ut δῶ pro δῶμα, Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα, Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα.

De his ita Ruddimannus:

Prosthesis apponit capiti, sed *Aphæresis* aufert.
Syncopa de medio tollit, sed *Epenthesis* addit.
Abstrahit *Apocope* fini, sed dat *Paragoge.*
Constringit *Crasis*, distracta *Diæresis* effert.
Litera si legitur transpôsta, *Metathesis* exit.
Antithesin dices, tibi litera si varietur.

II. *Excerpta quædam ex Plutarcho de Tropis, et speciatim de Homerico eorum Usu.*

Cæterùm quoniam ornata oratio à communi consuetudine discedit, unde aut evidentior, aut gravior, aut modis omnibus jucundior fit: et verborum quidem immutatio, *tropus;* sententiarum autem *schema* vocatur, et horum species in arte dicendi perscriptæ sunt: videamus num horum aliquid ab Homero prætermissum sit, numve aliud quiddam à posteris inventum sit, quod ille non prius dixerit.

Inter tropos igitur Ὀνοματοποιΐα admodum illi familiaris est. Noverat enim priscam nominum originem, quòd hi qui primitùs nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellassent, et inarticulatas voces in scripta retulissent; ut quum dicerent φυσᾷν, et τρίζειν, et βροντᾷν, et quæ istis sunt similia. Unde et ipse quædam nomina prius non extantia ita finxit, ut conformia essent rebus per ipsa significatis; cujusmodi sunt hæc, δοῦπος, ἄραβος, βόμβος, ῥοχθεῖ, ἀνέβρυχε, et σίζε, aliaque istiusmodi, quibus nemo significantiora invenerit. Et rursus ubi alias voces et alias res pertinentes aliis tribuit; ut quum dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, (id est, malum incendium ferens), efficaciam in conflagrando significans: et dum πῦρ dicit pro πυρετὸν (id est, ignem pro febre). Quibus et hoc affine est, χαλκοτύπους ὠτειλὰς, vult enim dicere τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Denique (ut summatim omnia complectar) multâ verborum novitate multâ cum licentiâ usus est, alia quidem præter consuetudinem immutans, alia verò eam ob causam insigniora reddens, ut orationi decus et magnificentiam adderet.

Præterea epithetorum copia illi est, quæ propriè et suo loco subjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent; ut quum singulis diis singulas appellationes attribuit, Jovem Μητίετην et Ὑψιβρεμέτην, et Solem Ὑπερίονα, et Apollinem Φοῖβον vocans.

Κατάχρησις quidem (quæ usum ex eo quod propriè significatur, in aliud nomen proprium non habens, transfert) apud Poëtam est, ubi

ait σειρὴν χρυσείην (id est, catenam auream), σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et ubi dicit αἰγείην κυνέην, siquidem galea apud eum κυνέη appellatur, quòd ea olim ex caninâ pelle conficeretur, ibi verò et eam galeam caninam vocat quæ ex caprinâ pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem (quæ inde nomen sortita est quòd rem à propriâ significatione in aliam, cum conveniente utriusque rei similitudine, transferat) et multa et varia apud illum est, ut illud:

Ἧκεν ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο,
Contulit huc fracto se magni vertice montis.

Et,

Νῆσος, τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται,
Insula, quam pontus circumluit atque coronat.

Quam enim rationem vertex in homine, eam et cacumen in monte; et quam corona ad eum cui imponitur, eandem et mare ad insulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non solùm speciosiorem, verùm etiam evidentiorem facit. Sunt autem variæ apud eum Metaphoræ. Quædam ab animatis ad animata: ut

Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο,
Cœruleæ navis sic est auriga loquutus,

pro ναύτης, *nauta:* et

Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν,
Ivit ad Atridem pastorem tot populorum,

pro βασιλέα, *regem.* Aliæ autem ab animatis ad inanimata: ut ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης (id est, sub extremum Idæ pedem), pro τὴν ὑπώρειαν, *radices:* et οὖθαρ ἀρούρης (uber agri), pro τὸ γόνιμον, *fertilitas.* Aliæ è contrà ab inanimatis ad animata: ut σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ (id est, ferreum certè tibi pectus), pro σκληρὸν, *durum.* Postremò, ab inanimatis ad inanimata: ut σπέρμα πυρὸς σώζων (semen ignis servans), pro γόνιμον ἀρχὴν. Porrò sicuti nominum, ita et verborum translationes apud eum sunt; quale est,

Ἠϊόνες βοάουσι ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω,
Littora namque boant, feriente salo atque procellis,

pro ἠχοῦσιν, *sonant* vel *resonant.*

Alius deinde tropus (Μετάληψις scilicet) fit quando per cognominationem res diversa significatur: ut ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι, insulas enim quæ propriè appellantur ὀξεῖαι, significare vult, siquidem θοὸν et ὀξὺ idem declarant. Ὀξὺ autem non solùm velocitatem motûs significat, sed etiam id cujus forma tendit in tenuitatem. Istiusmodi et hoc est, ἐγὼ δὲ θόωσα παραστάς.

Alius tropus Συνεκδοχὴ vocatur, quando ex eo quod propriè significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur: estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus: ut πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον

βόας αὔας (id est, ad murum benè structum boves torridos), boum namque appellatione corium, ex quo scuta fieri solent, innuere vult. Aut ex parte totum: τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω (id est, hujusmodi autem caput desidero), nam voce capitis totum hominem significat. Et quando pro *pulchra*, λευκώλενος dicit (id est, candidis ulnis prædita), et pro *benè armati*, εὐκνήμιδες (id est, benè ocreati). Aut ab uno multa; ut quando ita de solo Ulysse dicit, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν (id est, postquam Trojæ sacrum oppidum devastavit), neque enim ille solus, sed unà cum aliis Græcis Trojam evertit. E contrà ex multis unum: ut στήθεά θ' ἱμερόεντα, pro στῆθος. Præterea ex specie genus: ut μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλλὼν, marmor namque saxi speeies est. Aut è contrà ex genere speciem intelligimus: ut ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι, siquidem non quasvis ὄρνιθας (aves) sed augurales tantùm dicere vult. Adhæc ex adjunctis, effectum rei: ut

Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν,
Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo.

Arcus enim nomine jaculandi peritiam notat. Et ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ (id est, sedentes dealbant aquam). Et οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν (id est, totâ die jugum movebant), ex accidenti; namque in priori exemplo, *remigabant*, in posteriori autem, *currebant*, intelligi debet. Insuper ex præcedenti consequens: ut λῦσε παρθενικὴν ζώνην (id est, virgineam solvit zonam), ex eo namque sequitur quòd vitiaverit. Et contrà ex consequenti præcedens; ut quando pro φονεύειν, *occidere*, ἐναρίζειν, *spoliare*, dicit.

Est autem alius tropus Μετωνυμία, quæ fit quando vocabulum quod de re aliâ positum est, aliud quiddam secundum relationem significat; quale est apud eundem,

Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι,
Ast juvenes terræ Cererem concredere pergunt.

Triticeum namque fructum designat, quem sic à nomine Δήμητρος (id est, Cereris) inventricis appellavit. Et ubi ait,

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο,
Viscera Vulcanum supra transfixa tenebant.

Nam Ἡφαίστου (id est, Vulcani) nomine ignem declarat. Porro affine jam dictis et hoc est, ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται (id est, qui meam chœnicem attigerit), ea namque quæ in chœnice continentur innuit.

Præterea et alius tropus Ἀντονομασία vocatur, et fit quum epitheton aut consignificativum pro proprio nomine accipitur: ut

Πηλείδης δ' ἐξαῦθις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε.——

Æacides Atriden rursus voce petulcâ
Increpuit.———

Per hæc enim nomina Achillem et Agamemnonem intelligit. Et rursus,

Θάρσει, Τριτογένεια, φίλον τέκος,——
Sis animo fidens, Tritonia, filia chara.

Et alibi, Φοῖβος ἀκερσεκόμης, *Phœbus intonsus.* Illic enim Minervam, hìc verò Apollinem denotat.

Est et Ἀντίφρασις, dictio quæ contrarium quàm præ se fert, significat; ut in hoc,

—Οὐ δ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεὺς,
Hos ubi conspexit, non est lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult, nempe quòd his conspectis indoluerit.

Est et Ἔμφασις, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit; ut

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειὸς,
Ast in equum descendentes, quem struxit Epeüs.

Dum enim inquit κατεβαίνομεν, equi magnitudinem declarat. Simile autem illud est, πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι, *totus enim gladius sanguine incaluit.* Per hoc enim majorem emphasin ostendit, quòd ait ensem adeò sanguine tinctum fuisse ut incaluerit.

Atque hujusmodi quidem tropi qui sic vocantur, ab Homero ficti sunt.

III. *De Schematis, et Homerico eorum Usu, ex eodem Plutarcho.*

Videamus autem num et eas constructionis mutationes quæ σχήματα (hoc est, figuræ) appellantur, ipse quoque Homerus primus invenerit. Porrò schema est sermo à communi consuetudine recedens, ornatûs seu utilitatis gratiâ, secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas orationem non solùm venustiorem, sed etiam stylum graviorem efficit. Utilis autem est, quòd rerum qualitatem ac vim extollit, intenditque.

Inter schemata autem Πλεονασμῷ nonnunquam metri causâ utitur: ut in hoc,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα,
Auri autem appendens Ulysses decem tota talenta.

Vox enim πάντα, nihil ad sensum faciens, adjicitur. Est etiam quando ornatûs causâ fit: ut,

> Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς,
> *Certè omnino mortuus est Menœtii strenuus filius.*

Vox namque μάλα Atticâ consuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus vocibus significatum refert: quæ figura Περίφρασις appellatur, ut quum dicit υἷας Ἀχαιῶν, pro Ἀχαιοὺς (filios Græcorum pro Græcos), et βίην Ἡρακλείην, pro Ἡρακλέα (vim Herculeam, pro Herculem).

Talia verò per mutationem figuratè dicit, dum consuetam structuram invertit; et dictionem in medio interponit; quæ figura Ὑπερβατὸν vocatur: ut in hoc,

> Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς,

pro eo quod est, λέων ταῦρον κατεδηδώς· ac dictionem quidem sic transponit per Ὑπερβατόν. Aliquando verò totam orationem: ut in hoc,

> ——Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
> Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
> Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo namque orationis est, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ejusdem speciei figura est quæ Παρεμβολὴ vocatur, et fit quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interseruntur; quæ etsi quis eximat, tamen constructioni nihil decedit: ut est illud,

> Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
> Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
> Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε.
>
> *Juro per hoc sceptrum, quod nec folia ulla nec ullos*
> *Ramos producet, postquam trunco illud ademptum;*
> *Nam librum illius ferrum circumundique rasit.*

Et cætera quæcunque de sceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert,

> Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος, ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν,
> *Certè olim cupiet Peliden turba Pelasga.*

Est autem apud eum et Παλιλλογία, hoc est, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium vocum quæ repetuntur; quæ figura etiam Ἀναδίπλωσις appellatur: quale est,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Hunc adversus eo, quamvis sit flammea dextra,
Flammea dextra licet, vis ignea denique ferri.

Aliquando verò interseruntur alia quædam, et eadem rursus repetuntur: ut in hoc,

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας, μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἄλλων.

Ille quidem Æthiopas adiit, procul inde colentes,
Æthiopas, reliquis divisos partibus orbis.

Hæc autem figura non solùm dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem movet.

Ejusdem generis est et Ἐπαναφορὰ, quum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur, cujus exemplum apud Poëtam hoc est,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαροποῖό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.

Nireus tres Symâ naves adduxit et ipse,
Nireus Aglaiâ Charopoque potente creatus,
Nireus, quo Trojam venit non pulchrior alter.

Estque similiter et hæc figura affectui movendo et suaviloquentiæ perquam familiaris.

Est præterea apud eum et Ἐπάνοδος, quæ fit quando duas res et nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet: ut in illo,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μὲν, ἔχουσα, κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊότητος·
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Mars homicida, dea et Contentio litigiosa,
Hæc etiam turbas ciet, ac hostilia multa:
Mars autem manibus prægrandem concutit hastam.

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam et perspicuam reddere.

Ad hæc, schema apud illum est Ὁμοιοτέλευτον, in quo membra in voces sono similes desinunt, easdem in fine syllabas habentia; ut est

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Et in illo,

> Οὔλυμπόν δ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
> Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
> Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
> Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, Ὁμοιόπτωτον propriè nuncupatur: quale est,

> Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
> Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Prædicta autem et his similia, multum gratiæ et voluptatis addunt orationi. Cæterùm specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quòd sæpenumerò duabus etiam figuris in iisdem versibus est usus, nimirum τῇ Ἐπαναφορᾷ, et τῷ Ὁμοιοτελεύτῳ· ut in illo,

> Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω·
> Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud schema continetur quod Πάρισον appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter se voces habentibus. Hujus verò Homerum primum auctorem esse constat; qui dixit,

> Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
> Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Quòd verò et hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

Porrò eandem gratiam et Παρονομασία habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei simile statim modico spatio interjecto subjungitur: quale est hoc,

> Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόεργος.

Et illud,

> Τῶν ἦτοι πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Cæterùm prædicta aut per Pleonasmum, aut per alium quempiam schematismum figuratè dicuntur: alia verò per vocabuli defectum, quorum è numero et ea figura est quæ Ἔλλειψις appellatur: quando etiam omissâ aliquâ voce sensus ex prædictis patet: quale est,

> Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
> Πεζὸς δ' ἕνδεκα φημί.——

Deest enim ἀλαπάξαι (id est, vastasse), sed ex prædictis intelligitur. Illud quoque per Ἔλλειψιν (id est, defectum) dicitur,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Deest enim verbum ἐστί. Item hoc,

Ὦ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο.

Deest enim verbum πάρεστι, vel συμβέβηκεν, aut aliquod hujusmodi.

Tale est etiam Ἀσύνδετον, quum eximuntur σύνδεσμοι (id est, conjunctiones) orationem conjungentes; quod non solùm celeritatis gratiâ fit, sed et emphasis affectu plenæ: quale est istud,

Ἴομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

In his enim et conjunctio exempta est, dum is qui loquitur, celerrimum enuntiationis modum quærit.

Est inter schemata id quoque quod Ἀσύντακτον appellatur, sive Ἀλλοίωσις· quum consueta structura fit ἀλλοία, id est, *diversa*, redditurque varia: ut ornatum aut venustatem orationi afferat, dum consueta quidem structura non videtur esse ἀνακόλουθος, id est, *inconsequens*, sed relatio ad peculiare quidpiam: habet ἀκολουθίαν, id est, *consequentiam*. Contingit autem multifariam, quum nominum genera permutantur, quale est κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτὴ, et θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Veteribus namque familiare fuit, masculinis pro fœmininis etiam uti, tanquam præstantioribus et vehementioribus. Nec tamen immodicè, nec citra certam rationem hoc fecerunt: sed quum epitheto utendum fuit, quod est extra corpus cujus mentio fiebat. Illa namque circa corpus versantur, ὁ μέγας, et ἡ μεγάλη, id est, *magnus* et *magna*, item ὁ καλὸς, et ἡ καλὴ, id est, *pulcher* et *pulchra*, et hujusmodi. Extra corpus autem, ut ἔνδοξος, id est, *gloriosus*, et εὐτυχὴς, id est, *fortunatus*. Quinetiam propter compositionem, utrumque genus admittunt. Generaliter enim omnia composita, utrique generi communia sunt. Præterea quum verbum masculino et fœminino nomini commune subjungitur, aut participium, masculinum prævalet: ut in hoc,

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Quædam etiam sunt quæ præter dialectorum proprietatem, aut morem tum receptum, aliter ab eo dicuntur: quale est,

———Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς.———

Sæpenumerò autem metri causâ genera commutat: ut in hoc,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

Quum enim nomen τέκνον neutrius sit generis, ei subjunxit masculinum φίλε, vocem nimirum ad personam referens. Simile est et illud quod à Dione ad Venerem dicitur,

Τέθλαθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.

Eandem quoque rationem habet et illud.

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
Σκῆπτρον ἔχων.——

Participium namque ἔχων (id est, tenens) non ad ψυχὴν, sed ad genus corporis, hoc est, ad ipsum Tiresiam, accommodavit. Plerumque enim non ad dictionem, sed ad id quod significatur, respicit: ut in hoc,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός· ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες
Ἐλπόμενοι παρὰ ναῦσιν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Illud enim ἐλπόμενοι non cum φάλαγγες est construendum, sed cum (subaudito) ἄνδρες, ex quibus illæ constant.

Præterea et secundum aliam rationem genera permutat: ut quum dicit,

——Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτε ἐρωεῖ.——

Quum enim νεφέλη et νέφος ejusdem significationis sint, et antè usus esset nomine νεφέλη articulum τὸ neutrius generis intulit, ut quo νέφος subintelligeretur. Huic autem speciei similes quoque hi sunt versus:

Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Etenim quum generale avium nomen in neutro genere præmisisset (τὰ πετεηνὰ), ac deinde illarum species in masculino subjunxisset, rursus neutraliter infert κλαγγηδὸν προκαθιζόντων· reddens videlicet id quod generali avium nomini convenit.

Non solùm autem genus, sed et numerum Poëta sæpe commutat: veluti quum dicit,

——Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Præposito enim singulari, pluralem subjunxit, dum videlicet sensum magis quàm vocem respicit: namque πληθὺς (id est, multitudo) appellatione quidem singularis numeri est, multos autem in se complectitur.

Porrò simile est à contrario, quando plurali præposito singularis subjungitur: ut in hoc,

Οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, πρόσσω πᾶς πέταται.

Dictio enim πᾶς voce quidem singularis est, sed dum ad multitudinem refertur, idem pollet quod πάντες. Eandem schematis formam et illud habet,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος εὐκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον· τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.

Pylii namque intelliguntur.

Fit apud eum et casuum mutatio, ut quum nominativus et vocativus in talibus commutantur,

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ'* Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Et,

——————Νεφεληγερέτα * Ζεύς.

Et,

Δὸς φίλος· οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.

Genitivus autem et dativus in hujusmodi commutantur,

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδής,

pro τῶν Τρώων. Et vicissim,

Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπεῖος γλαφυροῖο,

pro περὶ σπέϊ.

Atque mutationis istius causa est, quòd nominativus, accusativus et vocativus quandam inter se cognationem habere videantur, præsertim quum nomina neutrius generis, et pleraque masculina ac fœminina, tres istos casus similes habeant. Similiter autem et genitivus cum dativo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit ut et Homerus casus haud immeritò præter consuetudinem mutet. Nonnunquam verò rationes quoque istius mutationis invenire quis possit: ut in hoc, ἐπιστάμενοι πεδίοιο· et in hoc, διέπρησσον πεδίοιο, quod perinde est atque ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου.

Bellè autem et casuum permutatio apud illum se habet, in utriusque Poëmatis exordio, in quibus præposito accusativo, nominativum intulit: dicens,

---

* Ea non sunt vocativi, ut aliqui volunt, sed nominativi Æolicè. Vid. antè p. 335. *De Prima Declinatione.*

Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

Item :

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Est etiam quando genitivo rectum infert :. ut in hoc,

Τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι.

Multa et alio modo figuratè dicit: quale est hoc,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Huic simile est et illud,

——— Ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς,
Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει.———

Et hoc quidem secundum veterem consuetudinem extulit, idque non sine ratione. Si quis enim participia in verba dissolvat, consequentiam orationis deprehendet. Siquidem ἀστράπτων idem valet quod ἤστραπτε, et πεποιθὼς idem quod πέποιθε. His et alia sunt affinia,

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Item :

Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν]
Ἤϊ', ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε.———

Non enim ratione caret si quis de duobus aliquibus dicturus, nominativum casum præponat, et eo quod ipsorum utrique commune est, observato, commune orationis genus efficiat. Id autem quod in oratione commune est, multum gratiæ illi afferri, nemini obscurum est. Denique est et ubi casu communi præposito, sermonem de uno infert: ut in hoc,

Ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

Nominum autem species immutat, dum sæpenumerò comparativum pro absoluto, tanquam per hyperbolen, usurpat: ut, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

Nonnunquam verò superlativum itidem pro positivo: sicuti hoc, δικαιότατος κενταύρων. Talis in nominibus quidem mutatio est.

In verbis autem fit mutatio: modorum quidem, veluti quum infinitivus pro imperativo sumptus fuerit; ut,

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου.

Aut indicativus pro optativo : ut,

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω, pro μυθησαίμην, et ὀνομήναιμι.

Vicissim optativus pro indicativo : ut,

Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, pro ἀπώλετο.

Temporum autem mutatio fit, quum præsens pro futuro positum fuerit : ut in hoc,

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, pro ἐπελεύσεται

Aut pro præterito : ut,

Ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ
Καλὸν ὑπεκπρορέει, pro ἔρρεε.

Aut futurum pro præsenti : ut,

Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνίοντος.

Aut pro præterito,

Δείδω μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ, pro εἶπε.

Quinetiam diatheses (verborum) sæpius mutantur, et passiva aut media pro activis ponuntur : veluti,

Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, pro εἷλκε.

Item :

Καθορώμενος Αἴας, pro ὁρῶν.

Vicissimque activum pro passivo usurpant : ut,

Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον, pro δωρήσομαι.

Est etiam cernere quomodo numeros immutans, pluralem pro singulari ponat ; velut in familiari sermone, quum quis de seipso loquitur : veluti,

Τῶν ἁμόθεν γε, θεὰ θύγατερ Διός, εἰπὲ καὶ ἡμῖν, pro ἐμοί.

Fit autem apud illum et personarum mutatio, idque uno quidem modo ; sic,

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ.
Σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

Multi namque quum dii essent (inter quos et ea persona erat quæ loquebatur) bellè utrumque extulit, et ἐπιπείθονται et δεδμήμεσθα.

Alio autem modo, quum missa facta ea persona de quâ verba faciebat, ab alterâ ad alteram transit. Id quod Ἀποστροφὴ propriè nominatur; atque per mimesin auditorem movet et ducit: cujusmodi hoc est,

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας,
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.
Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωσε νοήσω.

Hector voce jubet clarâ Teucros agitare ad
Naves, exuviasque sinant ut quisque cruentas.
Quem verò ratibus cernam procul ire relictis.

A narratione namque transitum fecit ad mimesin.

In ipsâ verò etiam narratione, τῇ Ἀποστροφῇ sæpe utitur: ut,

Ἀμφί σε, Πηλέος υἱὲ, μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί.

Verùm et per mimesin, mutatione personarum utitur: sicuti in illo,

————Ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε
Νηπιάχοις, οἷς οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα.
Ἀτρείδη, σὺ δὲ θ' ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν,
Ἄρχευ' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

Reverâ pueris par est hæc concio vestra
Insipidis, quibus haud curæ sunt bellica facta.
Ast, Atrida, prius veluti consultus eras, nunc
Præcipe Grajugenis quo pacto pugna ineunda.

Est et alia τῆς Ἀποστροφῆς species hujusmodi:

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.

Ponitur enim pro οὐκ ἄν τις γνοίη.

Et rursum:

————Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Θεσπεσίη, τό τ' ἂν οὔτοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Participiis quoque loco verborum utitur: ut in hoc,

Ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη, pro βριθέται.

Hoc item:

Ἔνθ' οἵ γ' εἰσέλασαν πρὶν εἰδότες, pro πρὶν εἰδέναι.

Articulos quoque sæpe commutat, pro postpositivis præpositivos usurpans: veluti,

> Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἄρπυια ποδάργη.

Item:

> Θώρηχ' ἥν οἱ ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος.

Quod vice versâ etiam accidit.

Præpositiones quoque ad hunc modum commutare solet: ut,

> Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, pro ἐπὶ δαῖτα.

Item:

> Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

Similiter et præpositioni casum nominis non proprium infert: ut in isto,

> Μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, pro διὰ νυκτός.

Nonnunquam verò præpositiones aufert: ut,

> Τῆς ὅγε κεῖτ' ἀχέων, pro περὶ ἧς.

Item:

> ——Ποτιδέγμενος εἴ τί μιν εἴπῃ, pro προσείπῃ.

Ad hunc modum et alias præpositiones partim commutat, partim tollit.

Adverbia etiam quædam mutat, dum iis quæ *ad* locum significant, *in* loco, et *de* loco, indifferenter utitur: ut,

> Υἱωνοὶ δ' ἑτέρωσε καθίζον, pro ἑτέρωθι.

Item:

> Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, pro ἐγγύς.

Conjunctionum etiam mutatio apud illum extat: quale est,

> ————Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο·
> Χόλον δ' ἀλέεινε γυναικὸς, pro χόλον γὰρ ἀλέεινε γυναικός.

Atque hæc quidem dictionis schemata sunt, quibus non solùm Poëtæ, verùm etiam orationis solutæ scriptores usi sunt.

Cæterùm et schematum sententiæ species multæ apud illum sunt: qualis est et Προαναφώνησις, quæ fit quando aliquis inter narrandum, id prædicit quod in aliis dicendi locum habet: sicut in hoc,

> Ἤτοι οἰστοῦ γε πρῶτος, γεύσεσθαι ἔμελλεν.

Item, Ἐπιφώνησις· quale est, Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Est et Προσωποποιΐα apud eum frequens et varia; multas enim et diversas personas colloquentes introducit, quibus et omnis generis mores attribuit: personas verò etiam quæ non sunt, interdum fingit: ut,

Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.

Est autem apud eum et Διατύπωσις, accurata tractatio rerum aut factarum, aut quæ fiunt, aut futurarum; ut id quod dicitur, evidentius reddat: veluti hìc,

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Sternunt Marte viros, urbem depascitur ignis:
Ast alii abducunt prolem cum matribus omnem.

Aut ad movendam misericordiam: ut,

Δύσμορον, ὅν ῥα Πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ,
Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
Υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκυσθείσας τε θύγατρας,
Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ· ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῆς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν.

Me miserum! extremâ cui tristia fata senectâ
Jupiter immittet, quem cernere tanta coëgit
Totque mala: occisos natos, raptasque puellas,
Pollutos thalamos, allisos denique terræ
Infantes, ardente feri certamine Martis:
Atque nurus ipsas abductas hoste Pelasgo.

Est et Εἰρωνεία apud eum, sermo per contrarium (cum quâdam morali simulatione) contrarium declarans: quale est hoc Achillis,

Ἀλλ', Ὀδυσεῦ, σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισιν βασιλεῦσι
Φραζέσθω νήεσσιν ἀλεξήσειν δήϊον πῦρ.

Sed, Laërtiade, tecum consultet, et omni
Concilio regum, quo pellat navibus ignem.

Hoc item:

——— Ὁδ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω
Ὅς τις οἷ γ' ἐπέοικε, καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν.

——— *Alium legat inter Achivos*
Ipsum qui doceat, regno qui dignior illi.

Declarat enim eum haud facilè alium regno digniorem inventurum. Atque hic quidem modus est, quando aliquis se extenuat, ut contrariam sui existimationem præbeat. Alius autem, quando quis se quempiam maximè laudare simulat, quum re verâ vituperet. Atque hoc est quod apud Homerum à Telemacho dicitur:

Ἀντίνο', ἦ μευ καλὰ, πατὴρ ὥς, κήδεαι υἷος.

Inimico namque dicit, tanquam pater filium, sic me curas. Et rursus quando quis irridendi gratiâ alterum extollit: ut proci,

Ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει,
Ἤ τινας ἄξει ἀμύντορας ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος,
Ἤ νύ κε ἐκ Σπάρτηθεν· ἐπεί νύ περ οἴεται αἰνῶς.

Telemachus cædem haud dubiè nobis meditatur,
Auxilium ex Spartâ cogens, Pyliisque disertis:
Multum namque sibi tribuit sumitque adolescens.

Est et Σαρκασμὸς, quædam τῆς Εἰρωνείας species, quando quis per contrarium alicui convitians, risum simulat: quemadmodum Achilles,

Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν
Εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων
Τερπέσθω.———

Salva manent istis sua dona, sed unus Achilles
Munere privatur, licèt illi grata sit uxor
Atridæ, cum quâ accumbens se oblectet amanter.

His Ἀλληγορία haud dissimilis est, quæ aliud per aliud exhibet: quale est istud,

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ, Μελάνθιε, νύκτα φυλάξεις,
Εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ καταλέγμενος, ὡς ἐπέοικε.

Atræ noctis eris custos, vigilatque, Melanthi,
In tenero strato cubitans, ceu maximus heros.

Vinctum namque et suspensum, in cubili delicato somnum capere dicit.

Usus est sæpenumerò et τῇ Ὑπερβολῇ, quæ veritatem superans multum vehementiæ ostendit: ut,

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Hi candore nivem superant, cursusque Aquilonem.

Hujusmodi tropis et figuris Homerus ita usus est, et ad posteros usum eundem transmisit, ut ob hæc ingentem gloriam ab omnibus meritò reportet.

ELOGIA

SEU

TESTIMONIA

DE

HOMERO,

EX VARIIS AUCTORIBUS,

TAM ANTIQUIS QUAM NEOTERICIS,

COLLECTA.

Achilles Tat. *ad Arati Phænom.*

Ἥρμοττε δὲ μεγάλῳ ποιητῇ περὶ μεγάλων εἰπεῖν Ὁμήρῳ—περιέσπειρε δὲ τὶ καὶ περὶ τῶν ὅλων, καὶ περὶ τῶν ἄστρων τινὰ λέγων Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, &c. Ἄρκτον θ', ἣν καὶ, &c. Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, &c. ἐκ γὰρ τούτων τὰς προφάσεις ἔλαβον οἱ ὕστερον περὶ τούτον πραγματευσάμενοι, &c.

Ælianus *Var. Hist. l.* xiii. *c.* 22.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ κατασκευάσας Ὁμήρῳ νεὼν, &c.

Æschines *Orat. in Timarch.*

Λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ Ὁμήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν.

Æschylus

Dicere solebat, suas Tragœdias esse μικρά τινα τεμάχεα τῶν μεγάλων Ὁμήρου δείπνων.

A. Gellius *Noct. Attic. l.* vi. *c.* 2.

Homerus *sapientissimus, et antiquissimus poëtarum.*

Alciatus A. *Prœtermiss. l.* ii.

Admonet et nos summus apud eos poëtarum Homerus.

Idem *Dispunct. l.* i.

Ut apud præcipuum poëtam scriptum est, Ἔνθ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα, &c.

Alcidamus *apud Aristot. Rhet. l.* iii. *c.* 3. *appellavit*

Τὴν Ὀδύσσειαν καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον.

Alexandr. ab Alex. *Gen. Dier. l.* iv. *c.* 15.

Apud Chios *ænea moneta fuit, cui nomen* Homerus.

Ambrosius *de Pœnitentiâ, l.* ii.

Aiunt dixisse primum suorum poëtam ; Ἦ τάχα χήρα ἔσσομαι.

Ammianus Marc. *Hist. l.* xxi.

Itidem ex sempiternis Homeri *Carminibus intelligi datur, non deos cœlestes cum viris fortibus collocutos,* &c.

Anaxagoras *apud Diog. Laërt. l.* i.

Δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης.

Antigonus Car. *Hist. Mirab. c.* 28.

Ἱκανῶς δὲ καὶ ὁ ποιητὴς λέγεται παρὰ πάντων ἐπιμελὴς καὶ πολυπράγμων. Ὁ γὰρ Ὀδυσσεύς, &c.

Antipater *Anthol. Epigr. l.* iv.

Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω·
Εἰ δ' αὖ μὴ Θεός ἐστι, νομιζέσθω Θεὸς εἶναι.

Idem *Ibid. l.* i.

Εὗρε φύσις, μόλις εὗρε, τεκοῦσα δ' ἐπαύσατο μόχθων,
Εἰς ἕνα μοῦνον Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

Apuleius *Miles, l.* ix.

Priscæ poëticæ divinus auctor apud Graios. Et alibi, *Multiscius, et omnium peritus.*

Arcesilaüs *apud Diog. Laërt. l.* iv.

Ἀπεδέχετο πάντων μᾶλλον Ὅμηρον, οὗ καὶ εἰς ὕπνον ἰὼν πάντως τι ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ καὶ ὄρθρου, λέγων ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ἐπιέναι, ὁπότ' ἂν βούλοιτο ἀναγνῶναι.

Aretinus L. *de Studiis et Literis.*

Quid Homero *deest, quò minùs in omni sapientiâ versatissimus existimari possit ? ejus poësin quis neget totam complecti doctrinam viventium, quam contendunt in belli tempora, pacisque divisam,* &c.

Aristides *Orat. Tom.* iii.

Ἄριστος ἐπῶν ποιητὴς Ὅμηρος

Aristophanes *Ranis.*

Ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχε, πλὴν τοῦθ' ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε;

Aristoteles *de Arte Poët.*

Θεσπέσιος Ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους. Iterum, Μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν. Iterum, Λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε.

Artemidorus *Oneirocritic. l.* i. *c.* 28.

Τὸ δὲ δοκεῖν τετυφλῶσθαι ἀμφοτέρως τοὺς ὀφθαλμοὺς—ποιηταῖς ἄριστον· δεῖ μὲν γὰρ αὐτοῖς πολλῆς ἡσυχίας μέλλουσι ποιεῖν τὰ ἔπη μάλιστα δ' ἂν οὕτως ἐν ἡσυχίας γένοιτο, εἰ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄμματα, ἄητε περιέλκοιντο μήτε ὑπὸ σχημάτων, μήτε ὑπὸ χρωμάτων—λόγος δέ τις ἔχει, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος τυφλὸς ἦν.

Aschamus *Epist. l.* ii. *Ep. ad Thom. Cantuar. Archiep.*

Homerus, Pythagoras, *et* Plato, *tres viri omnis doctrinæ, et ingenii principes.* Et aliquantò pòst: Homerus, Sophocles, *et* Euripides, *elegantis omnis doctæque poëseos, hic fons, illi duo flumina.*

Id. *Pædagog. l.* i.

Perpendat vitam prudentissmi peregrinatoris apud prudentissimum omnium, qui unquam linguâ locuti sunt, auctorum, excepto duntaxat Verbo Dei, hoc est, Ulyssis *apud* Homerum.

Athanasius *Orat. c. Gentes.*

Γράμματα μετὰ γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες, ποίησιν δὲ ἡρωϊκὴν Ὅμηρος.

Athenæus *Deipnos. l.* i.

Ὅμηρος ὁρῶν τὴν σωφροσύνην οἰκειοτάτην ἀρετὴν οὖσαν τοῖς νέοις, καὶ πρώτην, ἔτι δὲ ἁρμόζουσαν, καὶ πάντων τῶν καλῶν χορηγὸν οὖσαν, βουλόμενος ἐμφῦσαν πᾶσιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς—εὐτελῆ κατεσκεύασε πᾶσι τὸν βίον καὶ αὐτάρχη, &c. *Eadem extant apud* Suidam *ex* Dioscoride—Id. *l.* ii. Ὁ τῶν ποιητῶν βασιλεὺς Ὀδυσσέα, &c. *Et l.* vi. Ὁ σοφώτατος τῶν ποιητῶν.

Augustinus *de Civit. Dei, l.* iii. *c.* 2.

Hoc enim nec ipse Homerus *facilè credidit, qui Neptunum quidem contra Trojanos, Apollinem autem pro Trojanis pugnantem facit, cùm illo perjurio ambos fabula narret offensos.*

Id. *Confess. l.* i. *c.* 14.

Nam et Homerus *peritus texere tales fabellas, et dulcissimè vanus est.* Et quidem *dulcedine* carminis, et mellifluâ sermonis suavitate, et jucundissimâ denique rerum et verborum copiâ ac veritate *Home-*

rus cæteros omnes antecellit: *Vanitas* autem (siquidem id omne vanum dicendum sit, quod non directè ad *Christum* et pietatem tendit) ei cum reliquis gentium scriptoribus communis est.

Ausonius *Periochis in Hom. Il. et Od.*

Ut divinum Poëtam nihil, quod illustre fuerit, omîsse appareat, belli Troïci causam, &c.

Barthius *Adversar. l.* xlvii. *(ubi Jul. Scaligeri, Musæum et Virgilium Homero præferentis, sententiam refutat.)*

De Homero *illud dubitabile non est, universam poësin nihil unquam illi comparabile habuisse.* Et post pauca: (Homerus) *fons, doctor, magister, modimperator, unicusque omnis poëseos Apollo.*

Basilius M. Πρὸς τοὺς νέους, &c.

Πᾶσα ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ, τι μὴ πάρεργον. *Quod et* Anaxagoras, Metrodorum *ad* Homeri *lectionem adhortans, antea dixerat, inquit* Majorag. *Præfat. in* Hom. *Iliad.*

Baudius *Epist. Cent.* 1.

Assentior enim et ausculto mirum in modum Phœbò vatum, canenti ex tripode, Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, *nôsti reliqua.*

Beverovicius *Medicinæ Encom.*

Homerum *quoque, quem omnis sapientiæ fontem prædicant, medicinæ studiosum fuisse, auctor est* Plutarchus.

Beza *Annotat. in Epist. ad Rom. c.* i. *ver.* 5.

Quid prohibet, quin loquentem illum ipsum Homericum Agamemnonem *audiamus, et elegantissimis versiculis istis de* Trojanorum *perjurio conquerentem:* Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ', &c.

Bodinus *Proœm. Method. Histor.*

Cùm ex ipsis Homeri *fabulis, quæ historiæ ac veritatis imaginem præ se ferunt, tanta utilitas eruatur, quales ab historiâ fructus sperare oportet?*

Boganus *Epist. ad Lect. præfixa Homero* Ἑβραΐζοντι.

Homerum *me nunquam pœnitebit legisse iterum atque iterum, quique (ut puto) nullum habet inimicum præter ignorantem.* Et aliquantò post: *Ut dicam quod sentio, mihi videtur* Homerus *fuisse nihil aliud quàm* Sidus et occulti mirandi potentia fati, &c.

Brodæus *Miscel. l.* vi. *c.* 10.

Sunt qui Homericis *carminibus vim quandam inesse garriunt, librum verò Iliados quartum capiti suppositum, quartanam febrem avertere; quibus ego bonam mentem opto.*

Budæus *Annotat. in Pandectas.*

Itaque fremant isti licèt—nunquam tamen efficient, ut non hunc (Homerum *sc.*) Plinius *l.* i. *literarum principem appellaverit. Et l.* vii. *ingeniorum fontem.*—Idem in Epistolâ quâdam ad Erasmum: Homerus, *ingeniorum decus, &c.*

Id. *Præfat. ad Lib. de Asse.*

Homerus, *ingeniorum vertex, homines alphestas interdum appellavit, &c.*

Id. *Ejusdem Operis lib.* i. (*itidem de Homero loquens.*)

Rerum humanarum perspicacissimus æstimator, fons ingeniorum, poëtarum vertex.

Burtonus G. *Græc. Linguæ Hist.*

Atque hic est tandem πολυθρύλλητος, *ille, καὶ* πολυϐόητος Homerus, *quem admirata sunt omnia secula, &c.*

Calcagninus *Epistolic. Quæst. l.* ii.

An ego me putem magnum Poëtam fore sine hoc scientarum cinno? cùm videam apud Homerum *omnium disciplinarum seminaria, quæ philosophi et jurisconsulti quasi oracula admirantur.*

Callimachus *Epigram.* viii.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον,
Δεξαμένου———

Camerarius J. *Præfatione in Homerum.*

Homerus *omnium seculorum atque gentium consensu vel unus propriam, vel præcipuam hanc famam meritus consecutusque est: cujus quidem versibus, nemo inter doctos reperitur, qui dubitet quin omnia ea de quibus præcepta artium tradi possint, vel designata, vel expressa sint, &c.* Sed vide totam illam Præfationem, quæ sanè legi dignissima.

Canterus G. *Nov. Lect. l.* v. *c.* 14.

Quamvis permulta sint in Homericâ *poësi insignia et admiranda, propter quæ meritò et divinus à Democrito vocari Poëta, et ingeniorum palmam à Plutarcho accipere potuerit, unum tamen est quiddam, quod eum reliquis omnibus, quotquot unquam fuerunt, poëtis excellentiorem facit, &c.*

Capellus J. *Vindic. pro Is. Casaub. l.* iv. *c.* 12.

Homerum *exoticorum scriptorum antiquissimum, et omnium elegantiarum, quibus veluti corollis exornant sua scripta recentiores poëtæ, parentem concelebrant antiquitatis admiratores.*

Casaubonus Is. *Comment. in Pers.*

Duo illi omnis doctrinæ apices, Homerus *et* Virgilius.

Id. *Not. in Plin. Epist.*

Notum illud de summo Vate, ingeniorum principe, Ἔγραψεν μὲν Ὅμηρος, ἀεῖδει δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Id. *Animadv. in Athen. l.* ix. *c.* 8.

Primus omnium pater elegantiarum Homerus.

Id. *de Rom. Satyrâ, l.* ii.

Qui omnis eruditionis fons, et norma semper est habitus (itidem de Homero loquens).

Casaubonus M. *Notis in M. Antonin. l.* viii.

Alludit Antoninus *ad fatalia illa dolia, quæ poëtarum ingeniosissimus et sapientissimus alicubi describit.*

Id. *de Nuperâ Homeri Edit. Dissertat.*

Is ego sum, qui Homero *tantùm tribuo, quantùm hominem verecundum, et literarum amantem, ei, qui tot ætatum præscriptione princeps ingeniorum, bonarum omnium artium et doctrinarum seminarium, humanæ denique sapientiæ apex audiat, tribuere fas est.*

Id. *super loco quodam Hom. Odyss. σ. Dissert. quæ sic incipit:*

Homeri *laudes non hìc instituimus; quem quidem qui, non ut poëtarum tantùm, sed ingeniorum ab omni memoriâ principem, non suspiciunt, et admirantur, illi pudori suo quàm bene consulant, qui suum judicium (si tamen judicium dicendum est) tot ætatum consensui opponant, ipsi viderint. Cùm tot ætatum consensum dicimus, præstantissima—ætatis cujusque ingenia; philosophos, historicos, poëtas intelligimus; qui* Homerum *ut hominem supra quicquid à quoquam de homine dici possit, admirandum; et in quo vires suas natura summas semel experta sit, exquisitissimis verbis, et elogiis, uno ore prædicant. Ac ego quidem ita judico; qui* Homerum *contemnunt, vix illis pejus optari posse, quàm ut fatuitate suâ fruantur, ac constanter eum contemnant, ex cujus lectione tantos alii tum solidæ eruditionis, tum voluptatis honestissimæ fructus percipiunt.* Hoc viri clarissimi, nec minùs ob ἀνδραγαθίαν quàm πατραγαθίαν suspiciendi, testimonium tam prægnans, tam luculentum, tam illustre, licèt aliquantò prolixius, omittere nullo modo potui, nec dubui.

Caselius *Rhetore, sive de Magistro Dicendi, c.* 4.

Nemo secus sentit, quàm absque Homero *nec esse magistrum poëtices, nec poëtam fieri—Sed hoc minimum ex eo boni; est enim vitæ hominum informator, tuba virtutis, imò virtutis et præco divinus, et bonæ fidei magister.*

Castilio *l.* i. *de Curiali*

Homerum *animadvertite, qui heroicorum poëtarum et tempore et excellentiâ primus putatur.*

Causinus *Eloqu. Sac. et Hum. Parallel. l.* i. *c.* 10.

Ortus plenioris eloquentiæ, siquis ritè repetat, est ab Homero; *nempe hic orator, et planè orator à* M. Tullio, *ab* Hermogene *rhetorum præstantissimus, à cæteris uno omnium consensu magister eloquentiæ agnoscitur.*

Chassanæus *Catal. Gloriæ Mundi, parte* x. *consid.* 45.

(Ubi de poëtis) Inter Græcos excellentior est Homerus, *et inter Latinos est* Virgilius.

Cicero *l.* ii. *de Divin.*

Certè nemo similis Homeri.

Id. *in Top.*

Homerus *propter excellentiam, commune poëtarum nomen, apud Græcos efficit suum.*

Id. 5. *Tusculan.*

Traditum est Homerum *cæcum fuisse; at ejus picturam, non poësin videmus. Quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ species formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui motus animorum? qui ferarum non ita expictus est, ut quæ ipse non viderit, nos ut videremus effecerit?*

Claudianus *in Epigram.*

Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus.

Clement. Alexandr. *Stromat. l.* v.

Ὅμηρος γιγνώσκειν φαίνεται τὸ θεῖον, ὁ ἀνθρωποπαθεῖς εἰσάγων τοὺς Θεούς.

Id. *l.* vi.

Εὕροις δ' ἂν καὶ Ὅμηρον τὸν μέγαν ποιητὴν ἐκεῖνα τὰ ἔπη, Οἷον δὴ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης, &c.

Colerus *de Studio Polit.*

Crediderim non minùs turpe fore homini politico Homerum *non legisse, quàm fuit illi pædagogo, non habuisse, cui propterea colaphum impegit* Alcibiades.

Columella *Præfat. ad Lib. de Re Rust.*

Nec parens eloquentiæ deus ille Mæonius *vastissimis fluminibus facundiæ suæ posteritatis studia restinxerat.*

Cresollius *Mystagog. l.* iv. *c.* 26.

Homerus, *qui omnigenæ eruditionis penu exposuit, ait faucibus inferorum odiosiorem esse, qui aliud sentit, aliud eloquitur.*

Id. *Theatr. Rhetor. l.* iii. *c.* 23.

Sophistæ gloriabantur sibi esse patrem Homerum.—*Itaque* Hippodromus *sophista* Homerum *quidem aiebat* σοφιστῶν φωνὴν, Archilochum *autem esse* πνεῦμα, *ut ab illo suavitatem, et inexplicabilem quandam varietatem, &c.* Et interjectis nonnullis: *Ab hoc igitur capiebant sophistæ et* νοήσεις *mirabiles, et dictionum venustatem.*

Crucius Jac. *Epist. l.* i.

Ut Homerus *omnis eruditionis parens, de Oceano canit,* ἐξ οὗ, *inquit,* ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, &c.

Cunæus *Animadv. in Nonni Dionys.*

Homerus, *etsi in sublimi versetur genere, in quo perpetuus splendor et* δεινότης *est, tamen sæpè* τὸ χαρίεν *amat et* τὸ γλαφυρὸν· *modò enim venustatem capiat ex ipsis rebus, aliquando* ἐκ τῶν σχημάτων, καὶ ἐκ συνθέσεως, *sæpissime* ἀπὸ τῆς λέξεως. *Nemo hoc ante illum tentaverat, nemo feliciùs illo: quare in hoc quoque, sicut in cæteris, imitati illum sunt quotquot postea extitere optimi et summi scriptores.*

Cyrill. Alex. *contra Julian. l.* i.

Ὅμηρον τὸν ποιητῶν ἄριστον. Et paulò pòst: Εἰ καὶ πολὺ λίαν παρ' αὐτῷ τὸ φιλόμυθον, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀγνοηκότα παντελῶς εὑρήσομεν τὴν ἀλήθειαν· ἔφη γάρ που——Οὐδ' εἴ μοι ὑποσταίη Θεὸς αὐτὸς Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα. Τὸ γάρ τοι [Θεὸς αὐτὸς] οὐκ ἐφ' ἕνα θεῶν ἐν μύθοις πεπλασμένων τινά· αὐτὸν δὲ δὴ μόνον κατασημήνειεν ἂν τὸν ἀληθῶς ὄντα Θεόν. [Eadem ferè legas apud *Justinum Mart.* Paræenet. ad Græcos.]

Dausqueius *in Sil. Ital. l.* xiv.

Si Solem Eridano *nimis improba fata dedissent,*
Mæonidem *Solem vellet uterque polus.*
Sol animus, Soles oculi, Sol totus Homerus,
Qui radiis hebetat signa minora suis.

Id. *Notis in Basil. Seleuc.*

Haustum è vatis ter maximi fontibus, Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος, &c.

Democritus *apud Dionem Chrysost. Orat. de Homero.*

Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων· ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως, οὕτως καλὰ καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι.

Dempsterus *Indice Scriptorum, quem Rosino suo præfixit.*

Homerus *primus sine exemplo, et supra fidem admirandus.*

Dilherus *Disputat. Philolog. l.* i. *Disp.* 5.

Homerus *fons sapientiæ* Hectora *appellat* ἐπίσκοπον.

Id. *ibid. Disp.* 8.

Homerus *elegantiarum omnium pater.* Et rursus, *Locus huic parallelus est in* Homero, *omnis Paganæ sapientiæ fonte, apud quem multa mentio fit hospitalitatis.*

Id. *ibid. Disp.* 22. (*ex Vernuleio.*)

Ingeniorum ille, scientiarumque fons Homerus, *et humanæ terminus admirationis, quem antiquitas veneranda ore patulo vomentem ita repræsentavit, ut defluentes ab ejus ore liquores ac flores in amphoris et canistris colligerent philosophi, jurisconsulti, oratores, astrologi, poëtæ, medici, pictores.*

Dinnerus *Epith. Græc. Ep. Dedic.*

Homerum *seu principem, imò deum et regem poëtarum, in primâ classe et quasi acie collocavi,* Homerum, *inquam,* ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, *&c. et vel* Justiniani *nostri testimonio* patrem virtutis.

Dio Chrysost. *Orat. de Homero.*

Ἀτεχνῶς γὰρ οὐκ ἄνευ θείας τύχης, οὐδ' ἄνευ Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας δυνατὸν οὕτως ὑψηλὴν, καὶ μεγαλοπρεπῆ, καὶ προσέτι ἡδεῖαν γενέσθαι ποίησιν, ὥστε μὴ μόνον τοὺς ὁμογλώττους, &c. ὁπότε καὶ παρ' Ἰνδοῖς ᾄδεσθαί φασιν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταβαλόντων αὐτὴν εἰς τὴν σφετέραν διάλεκτόν τε καὶ φωνήν.

Id. *Orat.* 2. *de Regno.*

Τὴν δέ γε Ὁμήρου ποίησιν μόνην ὁρῶ τῷ ὄντι γενναίαν, καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικήν.

Id. *Orat. de Dei Cognitione.*

Ὦ σοφώτατε τῶν ποιητῶν Ὅμηρε, πολὺ τῇ δυνάμει τῆς ποιήσεως, καὶ τῷ χρόνῳ προέχων. [Vid. et integram ejus Orat. de *Homero* et *Socrate.*]

Diodorus. Sic. *Biblioth. l.* iii.

Μάρτυρα δὲ τούτων παρέχονται τὸν πρεσβύτατον σχεδὸν καὶ μάλιστα τῶν ποιητῶν θαυμαζόμενον παρ' Ἕλλησιν (Homerum *sc.*).

Id. *Lib.* xvi.

Μάρτυρα παρείχετο τὸν ἐπιφανέστατον, καὶ ἀρχαιότατον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον. Et rursus, Ἀρχαιότατον καὶ μέγιστον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον.

Diogenes Laërt. *Procem. ad Vitas Philosoph.*

Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί. καθὰ καὶ Κρατῖνος, ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ.

Dionysius Halic. *περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων.*

Ὁ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος Ὅμηρος, καίτοι μέτρον ἔχων ἕν, καὶ ῥυθμοὺς ὀλίγους, ἀλλ' ὅμως ἀεί τι καινουργῶν ἐν τούτοις καὶ φιλοτεχνῶν· ὥς τε μηδὲν ὑμῖν διαφέρειν γινόμενα τὰ πράγματα ἢ λεγόμενα ὁρᾷν. Id. alibi : *Ὅμηρος κορυφὴ ἁπάντων, καὶ σκοπός. Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοί, καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι*—Et alibi : *Τῆς μὲν Ὁμηρικῆς ποιήσεως οὐ μίαν τινὰ τοῦ σώματος μοῖραν, ἀλλ' ἐκτύπωσαι τὸ σύμπαν*, &c.

Dousa *Declam. in Umbram.*

Umbram rebus omnibus antiquiorem esse necessum est, id quod Achillis *scutum depingentem principem poëtarum* Homerum *non latuit.*

Durantius Casell. *Variarum lib.* ii. *c.* 18.

Solent auctores ejus rei nullum fuisse usum, vel Iliacis, *vel* Homeri *temporibus hoc argumento confirmare, quòd ejus apud* Homerum *nulla mentio, nec vestigium ullum extet; quasi nihil prætermiserit* Homerus, &c.

Ennius *Fragment. Annal. l.* i.

In somneis mihi veisus Homerus *adesse poëta,* [uti non male integrum illum versum legit, et restituit *P. Merula* in Commentar. Cic. Somn. Scipion. Quale de *Homero* scribit *Ennius,* de quo viz. sæpissime vigilans solebat cogitare et loqui. Pers. *Sat.* vi.

Cor jubet hoc Ennî, postquam destertuit esse

vel (ut ex vetustissimo exemplari legit vir doctus modò laudatus), *pavus cùm destitit esse*

Mæonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.

Hoc est, cùm jam destiterat *Homerus* esse pavus. *Quintus* verò *Ennius* ex eodem pavo, juxta *Pythagoræ* dogma de transmigratione animarum, factus esset poëta *Homeri* similis; per hanc igitur *μετεμψύχωσιν* factus est *Ennius* apud Latinos, quod *Homerus* apud Græcos, id est, præstantissimus poëta, scil.

Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus.

Horat. *l.* ii. *Ep.* 1.]

Eobanus Hess. *Inscript. Iliad. Hom. Lat. Carmine à se redditæ.*

Poëtarum omnium seculorum longè principis Homeri *Ilias.*

Epiphanius *adversus Hæres. l.* i. *tom.* 3.

Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; Ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, &c.

Erasmus *in Adag. Auctor omnium et Fons.*

Veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium virtutum fontem, Homerum *omnis poëseos patrem.*

Id. *Tractat. de Ratione Studii.*

Certè propter poëtarum enarrationem, quibus mos est ex omni disciplinarum genere sua temperare, tenenda est fabularum vis; quam unde potiùs petas, quàm ab Homero, *fabularum omnium parente?*

Erotianus *Procem. ad Vocum Hippocr. Collect.*

Γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιΐαν εὐχαρὴς, περιγράψαι καὶ διάνοιαν ἱκανὸς, &c.

Erythræus *Indice in Virgil.*

Vates ingeniorum omnium, atque doctrinarum princeps et auctor Homerus, *&c.*

Eugubinus *de Perenni Philos. l.* iii. *c.* 1.

Homerus, *qui pater fabularum est—naturæ tamen instinctu—sæpe deum universalem nominavit.* Et post pauca: *Eundem quoque confessus est omnipotentem, largitoremque bonorum.*

Eunapius *in Ædesio.*

Καὶ ὑπερεπήνει γε τὸν Ὅμηρον κατὰ ψυχὴν, ὡς ὑπερφυές, τι χρῆμα καὶ δαιμόνιον.

Euphorion, *vetus Poëta, citante Eustath. ad Il.* τ.

Μοῦσαι ποιήσαντο, καὶ ἀπροτίμαστος Ὅμηρος. [q. d. ἄψαυστος, inimitabilis, quem nemo attingere nec imitari possit, ἤγουν οὗ δυσχερὲς ἐφάψασθαι τῆς δυνάμεως, cujus vim et facultatem assequi arduum est, et difficile. Dicit verò *Agamemnon* eo in loco *Briseïda* fuisse ἀπροτίμαστον, hoc est, ἀπρόσψαυστον, intactam à se atque illibatam. *Euphorion* ergo eleganter eodem verbo de *Homero* utitur, quo *Homerus* ipse longè alio in sensu usus fuerat.]

Eustathius *Procem. in* Παρεκβολάς.

Ἔστιν ἀληθῶς βασιλικὸν πρᾶγμα ἡ Ὁμήρου ποίησις, καὶ μάλιστα ἡ Ἰλιάς. καὶ παροιμία μέν τις κακῶν Ἰλιάδα φησίν αὕτη δὲ καλοῦ παντός ἐστιν Ἰλιὰς —γέμουσα μυρίων ἂν ἄν τις εἴποι καλῶν, φιλοσοφίας, ῥητορείας, στρατηγικῆς, εὐτεχνίας, διδασκαλίας τῆς περὶ ἠθικῶν ἀρετῶν, τεχνῶν ὅλως παντοίων καὶ ἐπιστημένων, &c.

Faber P. *Agonist. l.* i. *c.* 31.

Ab Homero, *cujus in omnium vetustarum literarum genere apud omnes auctoritas maxima, &c.*

Falkenburgius *Lect. et Conject. in Nonni Dionys.*

Hoc loco, ubi tam præclara sit dei poëtarum Homeri *mentio, &c.*

Fredericus Urbin. Dux *in Museo suo, inter præstantium Virorum Imagines, Homero subscripsit,* (*Nathan Chytr. variorum in Europâ Itinerum Deliciis.*)

Homero *Smyrnæo, cujus poësin ob divinam disciplinarum varietatem omnis ætas admirata est, assecutus nemo, Gratitudo P.*

Focanus *Dissert. de Studiis.*

Parens ille et fons sapientiæ et ingenuæ omnis doctrinæ Homerus.

Fromondus *Philos. Christ. de Anim. l.* ii. *c.* 5.

Naturæ non minùs quàm carminis consultus Homerus.

Galenus *Exhort. ad Medic. et Artes, c.* 2.

Τοῦτον οἶμαι τὸν χορὸν νοήσας ὁποῖός ἐστιν αὐτῷ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἱπποκράτης καὶ Πλάτων—οὓς ἴσα καὶ τοῖς θεοῖς σέβομεν, &c.

Gatakerus *Annotat. in Antonin. l.* ix.

Eodem utitur argumento apud principem poëtarum *Phœnix, &c.*

Giphanius *Præfatione Hom. suo præfixâ.*

Jurisconsulti et philosophi, maximè politici hujus poëtæ (Homeri) *versibus tanquam oraculis uti solent.*

Gregorius Naz. *Epist.* 3.

Τὸ λακωνίζειν οὐ τοῦτό ἐστιν, ὅ περ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας· οὕτως ἐγὼ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον· πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς γράμμασι.

Heinsius *in Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ.

Humanæ sapientiæ princeps Homerus.

Id. *Lection. Theocrit.*

Ille naturæ genius Homerus.

Id. *Notis in Sil. Ital.*

Elegantiarum pater Homerus. Et rursus, *Elegantissimus omnium hominum* Homerus.

Heliodorus *Æthiop. Hist. l.* iii.

Ὅμηρος, ὦ φίλος, ὑπ᾽ ἄλλων ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω, καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις· ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος, καὶ πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοί εἰσι κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον, πατὴρ δὲ τῷ μὲν δοκεῖν προφήτης, τὸ δὲ ἀψευδὲς Ἑρμῆς. Et post nonnulla: Ταῦτα μὲν εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοὶ λέγειν ἔδοξας, τεκμαιρομένῳ τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀνειμένον τε καὶ ἡδονῇ πασῇ σύγκρατον, ὡς Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον, ὡς οὐκ ἂν οὕτω πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας καὶ δαιμονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε καταβολῆς.

Heraclides P. *Allegor. Homer.*

Καὶ κόρος οὐδὲ εἷς (*'Ομήρου sc.*) *ἄχρι γήρως, ἀλλὰ παυσάμενοι διψῶμεν αὐτοῦ πάλιν· καὶ σχεδὸν ἓν πέρας 'Ομήρῳ παρ' ἀνθρώποις ὃ καὶ τοῦ βίου· δι' ὧν σαφὲς οἶμαι καὶ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι οὐδεμία κηλὶς ἀγαθῶν μύθων τοῖς ἔπεσιν ἐνεσπείρηται, καθαρὰν δὲ καὶ παντὸς ἀγνεύουσαν λύσιν 'Ιλιὰς πρώτη, καὶ μετὰ ταύτην 'Οδύσσεια, σύμφωνον ἑκατέρα, περὶ τῆς ἰδίας εὐσεβείας κέκραγε φωνήν. Οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην.*

Hermogenes *περὶ 'Ιδεῶν Tom.* ii. *περὶ Πολιτικοῦ Λόγου.*

Ἄριστος κατὰ πάντα λόγων εἴδη καὶ ποιητῶν ἁπάντων καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων Ὅμηρος.

Hermolaüs Barb. *Epist. adversus Barbaros Philosophos (inter Epist. Erasm.).*

Sapientissimus poëta Homerus *utriusque virtutis laudem ei viro tribuit, in quo sapientissimi principis exemplum pingebat.* Et infra eâdem Epist. *Obsecro te nihil putas sapientiæ esse in* Homero, Virgilio? &c. *annon videntur hi tibi meliùs philosophari—quàm barbari hi cùm rixantur,* &c.

Herodotus *Lib. de Vitâ Homeri.*

Καὶ αὐτὸν ἐτίμων, καὶ ἐν θωύματι εἶχον (*sæpe*) [ii sc. quibuscum versatus est. Sed non opus plura addere ex Patre Historiarum; certè enim sàtis amplum et honorificum testimonium præbere censendus est *Herodotus,* cùm integrum libellum de ejus vitâ scripserit.]

Hesych. Miles. *de Viris Doctrinâ Claris.*

Ὅμηρος ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. Idem et *Suid.*

Heurnius J. *Mod. Stud. Medic. c.* 4.

Homerus *musarum pater, et poëtarum rex.*

Hierocles *in Fragmentis nupèr editis ex Stobæo.*

Τί γὰρ ἂν γένοιτο κρεῖσσον καὶ ἄρειον κατὰ τὸν θαυμασιώτατον Ὅμηρον, ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε, &c.

Hieronymus *Epist. ad. Paulin.*

Poëtæ æmulantur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

Id. *Vit. S. Hilarion.*

Porrò mihi tanti ac talis viri conversatio, vitaque dicenda est, ut Homerus *quoque, si adesset, vel invideret materiæ, vel succumberet.*

Himerius *apud Photium in Biblioth.*

Τὴν δὲ 'Ομήρου τὴν μεγάλην ἠχὼ τί τῶν ἁπάντων ἐξεμέμηνεν; οὐκ ἀνδρῶν δόξα;

Horatius *de Arte Poët.*

Quantò rectiùs hic, qui nil molitur inepte?
Dic mihi, musa, virum ———

Id. *l.* i. *Epist.* 2.

Trojani belli scriptorem ———
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Pleniùs et meliùs Chrysippo *et* Crantore *dicit.*

Humfredus L. *Præfatione in Hom. ad Magdalenenses, præfixâ Hadr. Junii* 'Αμαλθ. Κέρ.

Homerus *autem quibus studiis excipi, quâ benevolentiâ debet? linguâ Græcissimus, antiquitate venerandus, nobilitate clarus, eloquentiâ admirabilis, omnium suffragiis omnium Græcorum optimus maximus. Nihil enim* Homericâ *linguâ ornatius, cultius, elegantius.* Et aliquantò infrà, versùs finem ejusdem Epist. *Commendo igitur vobis* Homerum nostrum—*simili eloquentiâ quasi* Nestorem, *ut poëtarum deum, ut oratorem,* Quintiliani *judicio, copiâ dicendi, et brevitate etiam admirandum, ut sapientiæ magistrum, ut ducem belli peritissimum, ut regendæ reip. præceptorem, et virum* βουληφόρον.

Jamblichus *de Vitâ Pythag.*

Aiunt sc. Pythagoram χρῆσθαι καὶ 'Ομήρου καὶ 'Ησιόδου λέξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Josephus *contra Apion. l.* i.

"Ολως παρὰ τοῖς "Ελλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς 'Ομήρου ποιήσεως πρεσβύτερον.

Isidorus Pelus. *Epist. l.* iv. *Ep.* 30.

"Ομηρον δὲ, ὃν ἐπὶ γλώττης ἔχεις, μάρτυρα προσβαλοῦμαι, λέγοντα,
Αὐτοδίδακτος εἰμὶ, θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
Παντοίας ἐνέθηκεν, ἤγουν, ὥπασεν ὀμφάς.
Εἰ τοίνυν ὁ ἐκθειαζόμενος παρὰ σοῦ ποιητὴς,—&c.

Isocrates *Orat. ad Nicoclem.*

Διὸ καὶ τὴν 'Ομήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων, &c.

Idem *Orat. contra Sophist.*

"Ομηρος ὁ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ σχών.

Idem *Orat. Panathenaïcâ.*

"Οτι πλεῖον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσιν ἢ τῆς 'Ομήρου δόξης, οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν γεγονότες.

Julian. Imper. *Misopog.*

"Εφη μοι πολλάκις ὁ παιδαγωγὸς, 'Ιπποδρομίας ἐπιθυμεῖς; ἔστι παρ' 'Ομήρῳ δεξιώτατα πεποιημένη· λαβὼν ἐπέξιθι τῷ βιβλίῳ. Τοὺς παντομίμους ἀκούεις

ὀρχηστάς; ἔα χαίρειν αὐτούς· ἀνδρικώτερον παρὰ τοῖς Φαίαξιν ὀρχεῖται τὰ μειράκια, σὺ δὲ ἔχεις κιθαρῳδὸν τὸν Φήμιον, καὶ ᾠδὸν τὸν Δημοδοκὸν, &c. [Quid quòd ab eo sæpiusculè Ὅμηρος ὁ σοφὸς dicitur.]

Justinianus Imp. *Proœm Pandect.*

Quia vestris temporibus talis legum inventa est permutatio, qualem et apud Homerum *patrem omnis virtutis* Glaucus *et* Diomedes *inter se faciunt dissimilia permutantes.*

Id. *Institut. l.* i. *non procul ab initio:*

Quoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, nostrum jus significamus; sicuti cùm Poëtam *dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius* Homerus, *apud nos* Virgilius.

Justinus Mart. *Cohort. ad Græc.*

Ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ κορυφαιοτάτου παρ' ὑμῖν καὶ πρώτου τῶν ποιητῶν Ὁμήρου μανθάνειν.

Id. *ibid.*

Τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ πρώτῳ θεῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ κράτος ἁπάντων Ὅμηρος διὰ τῆς χρυσῆς ἐκείνης ἀναφέρει σειρᾶς.

Juvenalis *Sat.* xi.

Conditor Iliadis *cantabitur, atque* Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Lambinus *in Horat. de Arte Poët.*

Eò maximè admirabilis est Homerus, *quòd nihil est in hujus vitæ consuetudine, moribusque communibus positum, quod non aptissimè, ac pœnè dicam divinè expresserit.*

Langbainus *Notis ad Longin. ubi ad illa verba* (Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο) *hæc habet:*

Subjungit hìc et alios summi viri (Homeri *sc.*) *imitatores, quem eruditionis omnis primum condum lubenter agnoscunt antiqui. Rhetoricam ex eo deduxit* Telephus *Pergamensis—ad eum Geographiam refert* Strabo; *ad eum Astronomiam. Et poëtæ patrem suum non inviti appellant, &c.*

Langius Jo. *Epist. Medic. l.* i. *Ep.* 41.

Zoïlus *Homeromastix editis aliquot libris* Homerum *omnifariæ doctrinæ fontem apud* Ptolemæum *Ægypti regem calumniatus est.*

Lascaris Const. *Carm.* Εἰς τὸν Ὅμηρον.

——Διὸς ἔκγονος, ἔδρακεν ὅσσα
Γαῖα, θάλασσα, ἀὴρ, οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει.

[Non ergo, quicquid fama mendax finxerit,
Τυφλός γ' Ὅμηρος, οὔτε νοῦν, οὔτ' ὄμματα.]

Lemnius Si. *Præfat. in Odysseam ad Ann. Montmor.*

Crede mihi, jactat nil Græcia *majus* Homero.

[Et, paucis interjectis]

Smyrnæi *campos miratur* Græcia *vatis,*
Hoc etiam obstupuit decolor Indus *opus.*
Cantaber, *et gelidi Boreâ novêre* Geloni,
Quique bibit Nili *fontibus amnis aquas.*
Exemplis meliùs magno docet ille Platone,
Atque Stagiritæ *clariùs arte senis.*

Leo Allat. *Ep. Ded. præfixâ Libello de Patriâ Homeri.*

In earum (literarum) splendore velut primas ante alios tenens, caput non sine omnium admiratione extollit Homerus.

Id. *Ejusdem Libri cap.* iv.

Nemo ante Homerum *poëta, nemo postea ad eum.* [Nec omittendum elegans illud de *Homeri* patriâ Anagramma, quod ex *Hieron.* Genuino ibidem c. 14. affert idem vir doctissimus.

Homerus poëta, Iliados et Odysseæ auctor.
Mire vates, ô decus, ô sola Chii patriæ laus.]

Leopardus *Emendat. l.* xix. *c.* 14.

Homeri *versus olim adeò erant noti, ut ex hemistichio facilè totus locus intelligeretur, erantque plerique proverbiales.*

Libanius *Exempl. Progymnasm.*

Πᾶσιν οὖν οἶμαι δεῖν βοηθεῖν τοῖς ποιηταῖς, Ὁμήρῳ δὲ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων δίκαιον, κοινῷ προγόνῳ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας γεγενημένῳ.

Id. *in Parasito* Ἀδείπνῳ.

Ὦ θειότατε ποιητῶν Ὅμηρε, πάντα μέν σοι σὺν ἀληθείᾳ πεποίησαι, &c.

Lilius Gyrald. *de Poët. Hist. Dial.* 2, *ubi de Homero:*

Aliquos et hodie esse videmus, qui audent (quod dicitur) os in cœlum ponere ipsumque poëtarum deum in ordinem nunc demum redigere.— Et aliquantò pòst: *Cætera* Homeri *carmina collegit* Herodotus *et* Suidas. *Sed inter omnes præcipuè celebrata* Ilias *et* Odyssea, *in quibus totius philosophiæ et artis oratoriæ, nec non poëtices lumina conspiciuntur.*

Id. *Dial.* 6.

Sed enim Homerus, *qui amnis poëticæ largissimus fons est, his carminibus (tragicis sc. comicisque) exempla præbuit, et velut, quâdam suorum operum lege præscripsit, qui* Iliadem *instar tragœdiæ,* Odysseam *ad imaginem comœdiæ fecisse monstratur.*

Lipsius *Manud. ad Stoic. Philos. l.* i. *Dissert.* 4.

Optimus vatum.

Idem *Notis ad Velleium Paterculum* (ubi ad luculentum et illustre illius historici de *Homero* testimonium hæc habet):

Amo, amo te, Vellei, *ob hæc judicia. Ille verò non summus solùm poëtarum, sed solus; nam quis aliorum non peccat?* [Et mox post citata *Aristotelis* et *Platonis* de *Homero* testimonia, hæc addit] *Alios quid cumulem? Nemo tam consentienti judicio sapientum omnis ævi laudatus est, &c. ab iis maxime, qui ipse laudatissimi. Abi igitur, imperitia, aut livor, tu capere, tu carpere non potes immortalem hanc cœlestemque naturam.* [Insigne hoc summi, acutissimique critici de Poëta nostro judicium atque testimonium; et quod instar multorum sit. Quod ergo ille *Velleio* suo, quidni et ego illi, Amo, amo te, *Lipsi,* ob hæc judicia, &c.]

Id. *ibid.*

Homerus *primus doctrinarum et antiquitatis parens; nec post eum natus, qui germanitùs exprimeret aut referret. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solùm sed sapientiæ vestigia aut expressa, aut recondita sunt in illo.* Et post pauca: *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æstimare, sed venerari, nec venerari, sed pæne dicam adorare.*

Livius *Hist. l.* xxxvii.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes *campum,* Homeri *carmine nobilitatum.*

Longinus. περὶ Ὕψους.

Τὸ Ὁμήρου παρορίζει μεγαλοφυὲς ἐν τῷ (Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει) τὸ ἐπ' οὐρανὸν ἐπὶ γῆς διάστημα· καὶ τοῦτ' ἂν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς ἔριδος, ἢ Ὁμήρου μέτρον. [Fuit præterea *Longinus* iste, criticus et rhetor insignis, *Homeri* studiosissimus: scripsit enim Ἀπορήματα Ὁμηρικά· Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος· Προβλήματα Ὁμήρου, aliaque id genus plura.]

Lucanus *Pharsal. l.* ix.

Quantùm Smyrnæi *durabunt vatis honores,*
Venturi me, teque legent.———

Lucianus *Jove Trag.*

Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι; καὶ μάλα, &c.

Id. *Ver. Hist. l.* ii.

Ποιητῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ ἐκράτει Ὅμηρος.

Id. *Demosth. Encom.*

Οὐδ' Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀντιθέσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων τραχύτητος, ἢ καθαρότητος, ἀλλ' ἔοικε φύσει ὑπάρχων ταῖς δυνάμεσι τὰς ἀρετὰς ἐπιπεπλέχθαι.

Lucretius *l.* iii.

Adde Heliconiadum comites quorum unus Homerus
Sceptra potitus——

Et alibi:

——*Semper florentis* Homeri.

Lycurgus *Orat. adversus Leocratem.*

Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη.

Lydiatus *Disquis. Physiol. de Orig. Fontium, &c.*

Ethnici Philosophi in unius Homeri *poësi omnium artium principia quærunt.*

Macrobius *in Somn. Scip. l.* ii. *c.* 10.

Homerus *divinarum omnium inventionum fons et origo.*

Id. *Saturn. l.* v. *c.* 3.

Tria hæc ex æquo impossibilia judicantur, vel Jovi *fulmen, vel* Herculi *clavam, vel versum* Homero *substrahere.*

Id. *ibid. c.* 13.

Non est erubescendum Virgilio, *si minorem se* Homero *vel ipse fateatur.*

Id. *ibid. c.* 16.

Homerus *omnem poësin suam ita sententiis farsit, ut singula ejus* ἀποφθέγματα *vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.* Et post pauca: *Fortunam* Homerus *nescire maluit, et soli deo, quem* Μοῖραν *vocat, omnia regenda committit, adeò ut hoc vocabulum* τύχη *in nullâ parte* Homerici *voluminis nominetur.*

Magius Hier. *Miscellan. l.* iii. *c.* 1.

Princeps poëtarum habitus semper est Homerus. Et iterum: *Illud accidit, quòd* Homerus *pro deo est habitus, cui et templa dicata sunt, &c.*

Majoranus *Præfat. in Eustath. Rom. Edit. præfixa, ad Jul.* III. *P. M.*

Itaque nemini mirum videri debet, nullum esse magni nominis, vel Græcum, vel Latinum scriptorem, qui vel maximum philosophum, clarissimum poëtam, eloquentiæ parentem, inventionum originem, naturæ conscium, ingeniorum fontem, vitæ magistrum, θεσπέσιον *atque* ἱεροφάντην, *et sine exemplo maximum,* Homerum *esse non prædicavit.*

Majoragius *Præfat. in Homeri Iliad.*

Nam et Apollinis *oraculum* Homeri *carminibus sæpè traditum legimus: et philosophorum principes,* Plato *atque* Aristoteles, Homeri *testi-*

monio frequentissimè utuntur, et ab Homero, *tanquam omnis sapientiæ fonte, omnes philosophantium sectæ promanârunt. Rhetores* Homerum *ita suspiciunt, ut eum omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortum dedisse fateantur. Grammatici, &c.*

Id. *ibid.*

Qui non poëticâ modò, sed oratoriâ virtute est eminentissimus ; neque ullum exstat opus humanum, quod Homericæ *poësi præferendum esse videatur.* Et post, aliquammulta : *Quantæ enim temeritatis et impudentiæ fuit* (Zoïlum τὸν Ὁμηρομάστιγα hisce verbis perstringit) *eum damnare poëtam, quem omnes certatim sapientes summis in cœlum laudibus ferunt, quem omnes suspiciunt, admirantur, semper in manibus habendum censent, &c.* [Vid. integram illam Præfationem τοῖς φιλομήροις lectu dignissimam.]

Manilius *Astronom. l.* ii.

—— *Cujus ex ore profusos*
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues ausa est deducere rivos
Unius fœcunda bonis——

Martialis *Epigram. l.* v. *Ep.* 10.

Ennius *est lectus salvo tibi, Roma,* Marone,
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

[Nempe optima quæque ingenia, dum in vivis sunt, præsens ætas aut contemnit, aut fastidit, aut livore prosequitur.

Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, *mores.*
Præferat antiquos semper ut illa novis.

utì ibidem queritur idem vates *Bilbilitanus. Et* Horat. Virtutem incolumem odimus, &c. *Et* (ni fallor) *Tacitus,* Vetera in laude, præsentia in fastidio sunt.]

Martianus Capell. *de Nupt. Philolog. l.* i.

Poëtæque præcipuè Euagrium [vel potius, emendante Grotio, *Œagrium, Orpheum,* sc. *Œagri* filium] *citharistam secuti, cæcutientisque* Mæonii *suaviloquam senectutem, &c.*

Martinius M. *in Lex. Philolog. voce Homerus.*

Homerus *poëta inter Græcos celeberrimus, de cujus patriâ diversæ urbes certant :*

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Max. Tyrius *Dissert.*

Ἔγωγε εἰς τὰς Ὁμήρου φωνὰς ἐμπεσὼν οὐκ ἔχων παρ᾽ ἐμαυτοῦ τὸν ἄνδρα ἐπαινέσαι, ἀλλὰ κἀνταῦθα δεήσομαι αὐτοῦ ἐπιδοῦναί μοι τῶν ἐπῶν, ἵνα μὴ διαφθείρω τὸν ἔπαινον ψιλῷ λόγῳ ἔξοχα δή σε βροτῶν, ὦ Ὅμηρε, αἰνίζομ᾽

ἁπάντων. Ἢ σέ γε, μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γε, Ἀπόλλων. Ibid. aliquantò pòst: Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους. Et interjectis nonnullis: Καὶ οὐδὲν μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, οὐδὲ δυνάστου ἄπορον, οὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον· ἀλλὰ πάντα μεστὰ θείων ὀνομάτων, καὶ θείων λόγων, καὶ θείας τέχνης.

Melancthon *Serm. de Corrigendis Studiis.*

Homerus *Græcis fons omnium disciplinarum.*

Id. *in Encomio Eloquen.*

Jam quæ scena res humanas veriùs repræsentavit, quàm Homeri *carmen? ut fieri nequeat quin obiter et rerum admiratione tangamur, cùm dictionem consideramus. Offerunt sese ultrò spectanda morum exempla, &c. Mihi quidem omnium, quæ hominum ingenia peperêre, nullum prudentius* Homerico *scriptum videtur.*

Minos Cl. *Commentar. ad Emblem. Alciat.*

Sic enim Homerus ingeniorum vertex *quatuor illa prima* στοιχεῖα *inter se pugnantia, et sese mutuò producentia effinxit, sub nominibus* Jovis, Junonis, Neptuni, *et* Plutonis.

Modius F. *Præfat. in Lect. Novàntiquas suas.*

Rectè, ut hæc quoque inter se conjunxisse videatur princeps et deus poëtarum, cujus est illud, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Moschus *Idyll.* 3.

——————Ὅμηρος·
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα——

Muretus *l.* ii. *Orat.* 12.

Nemo unquam repertus est, qui Homerum *præcipuum esse inter poëtas negaret.*

Musurus M. *Epist. præfixa Etymolog. Magno.*

Οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν πάντων Ὁμήρῳ, τῷ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα παρασχόντι τοῖς ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει σοφοῖς.

Natalis Com. *Mythol. l.* i.

In hoc rursus hi poëtæ omnes conveniunt, quòd omnibus idem scopus et ad unum finem omnem omnium intendunt, ut homines meliores efficiant. Idcirco Homerus *ut prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum* Ulyssem *effingens, &c.*

Neander M. *Ep. Nuncup. Luther. Catech. Græco Lat. præfixâ.*

Homerus *poëtarum rex divinissimus, fons ingeniorum, primusque doctrinarum et antiquitatis omnis parens.*

Idem *Ep. Nuncup. Tryphiodoro suo præfixâ.*

Homerus *ingenii cœlestis vates. Pictor ipse sapientissimus, admirabilis architectus multisciusque, seu potiùs cunctarum rerum apprimè peritus*——βασιλεὺ ποιητῶν θειότατος, *et de cujus amplissimis et splendidissimis cœnis omnes scriptores saturati, suas quisque particulas ad suos quosdam usus inde sibi decerptas domum retulerunt.* Et paulò pòst: *Veteres namque reges etiam et principes* Homeri *scripta omnium fecerunt maximi, ut poëmata de virtute ac justitiâ conscripta, quæ ut vitæ ac morum, denique consiliorum, et actionum omnium normam ac regulam, sibi sequenda in omni vitâ existimabant. Ea adeò etiam familiariter ipsis nota fuisse, ex* Plutarcho, *&c. liquet; ut versus* Homericos *in omni vitâ, in omni sermone, quodcunque etiam dicere vellent, ad quascunque res, casus, et eventus, qui in vitâ evenire solent, paratos ad manus et in numerato semper haberent.*

Nonius Marc. *in voce Sifilare.*

Hujus rei auctor est venerabilis Homerus, *Iliad.* xiv. 142. Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε.

Nicetas Chon. *in Historiâ Gr. Imper.*

[Summus (ut videtur) *Homeri* admirator et imitator sedulus, ne dicam superstitiosus. *Homericas* enim tum voces tum phrases passim usurpat (quod mirum) etiam in solutâ oratione. Unde hæc *Hieron. Wolphii* de eo censura in annotationibus: *Aptior fuisset* Choniates *scribendo poëmati, quàm historiæ, propter* Homeri *diligentem imitationem.*]

Nonnus *Dionys. l.* xiii.

——Καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
Εὐεπίης ὅλον ὅρμον——

Origenes *contra Celsum, l.* vii.

Ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος.

Id. *Philocal. c.* 19.

Ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος.

Orosius *Hist. l.* i.

In quo bello per decem annos cruentissimè gesto, quas naves, quantosque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus *poëta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit.*

Ovidius *Amor. l.* i. *Eleg.* 8.

Aspice Mæoniden, *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Palingenius Marcell. *Zodiac. Vit. l.* i.

Carminibus quamvis possis æquare Maronem,
Mæoniique *senis divinos reddere cantus.*

Panætius *apud Ciceronem Tusc. l.* i.

Plato *à* Panætio Homerus *philosophorum appellatur, id est* (interprete *Phil. Pareo,* in Lexic. Critic.) *princeps et præstantissimus.* Ita enim

Pareus Phil. *Lexic. Critico:*

Homerus *pro principe et præstantissimo, sicut et* Rossius.

Idem *Narr. Hist. de Vitâ et Obit. D. Davidis Parei.*

Ut ἀπὸ τῆς παρείας *nomen* Pareus *denominativè formaverit* ὁ Παρεῖος, *sicut à vatum maximo* Homero καλλιπάρῃος Ἀθήνη *nominatur.* [Ubi tamen μνημονικὸν ἁμάρτημα à doctissimo viro admissum. Nec enim hoc epitheton *Minervæ* unquam tribuit Poëta, sed vel *Helenæ,* vel *Briseïdi,* vel si fortè alii.]

Pareus Dan. *Spicileg. in Quintil.*

De cujus eloquentissimâ rhetoris patriâ non secus inter scriptores disceptatur, atque olim de maximo illo vatum Homero *contendebant septem illæ famigeratissimæ urbes,* Smyrna, Rhodos, Colophon, &c.

Paschalius C. *in Legato, c.* 8.

Antiquissimus ille antistes sapientiæ (Homerus *sc.*) *describens* Thersitem, &c.

Patricius F. *Epist. ad Senat. Senens. præfixâ Lib. de Repub.*

Homerum *imprimis, qui poëtarum parens fuit, et omnium disciplinarum dux.*

Id. *Ejusdem Operis, l.* ii. *tit.* 6.

Homerus *namque et* Virgilius *tantam sibi laudem vendicarunt, ut ne spem quidem posteris reliquerint, non modò ad parem laudem adæquandam, verùm ad imitationem, ac similitudinem obtinendam.*

Paterculus *Hist. l.* i.

Clarissimum deinde Homeri *illuxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operum et fulgore carminum solus appellari Poëta meruit; in quo hoc maximum est, quòd neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit, inventus est.* [Insigne elogium, de quo vid. Lipsium ad locum.]

Paulus Silent. *Antholog. Gr. Epigram. l.* iii.

——Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Pausanias *Messen.*

Τὰ Ὁμήρου μὲν οὖν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐν ἅπαντα ἀνθρώποις,

Petrarcha *Famil. Epist l.* ix. *Ep.* 2.

Quid enim vir ingeniosissimus atque eloquentissimus nisi ipsum ingenii, et eloquentiæ fontem et originem (Homerum *sc.*) *vocat* Ambrosius, Macrobius, *et si omnes tacerent, res ipsa testatur; sed fatentur omnes.*

Petronius Arb. *Satyric.*

—— *Det primos versibus annos,*
Mæoniumque *bibat felici pectore fontem.*

Philemon *apud Stobæum in Eclog.*

Τὸν δ' οὖν λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
Μήδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον·
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδ' εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

[Hinc testimonium suum de *Homero*, jam suprà laudatum, sumpsisse videtur Nazianzenus.]

Philippus *Antholog. Gr. Epigr. lib.* i. *sub personâ Apollinis.*

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

Philo Jud. *de Confus. Linguarum.*

Ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος.

Id. *de Abrahamo.*

Καθείπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται.

Philostratus *in Heroïcis.*

Τὸν Ὅμηρόν φησι, ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τοὺς ποιητικοὺς τῶν τρόπων, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαστος ἦν αὐτῶν κράτιστος· μεγαλοῤῥημοσύνην τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκέσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἄλλῳ ἄλλον. Et paulò pòst: Ταῦτα πάντα τὸν Ὅμηρον, δαιμονίως ἐξειργάσθαι φησὶ, καὶ τοὺς μὴ ἐρῶντας αὐτοῦ μαίνεσθαι.

Picus Mirand. J. *de Ominis Dignitate.*

Homerus ——— *qui, ut omnes alias sapientias, ita hanc quoque (sc. Magicam), sub sui* Ulyssis *erroribus dissimulavit.*

Pierius *Hieroglyph. l.* xxiv. *c.* 5.

Ab elaboratarum autem divitiarum similitudine factum crediderim, ut Homerum Platonici *dixerint in pavonem abiisse, qui tantam rerum varietatem poëticis coloribus ornatam explicuerit.*

Id. *l.* xxxiv. *c.* 5.

Hæc meliùs ex Homero *declarabantur: Ait is, nullius disciplinæ quamtumlibet remotæ nescius,* Jovem *cum reliquis Diis, &c.*

Pindarus *Nem. Od.* vii.

Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι
Λόγον Ὀδύσσεος ἢ πάθη
Διὰ τὸν ἀδυεπῆ γενέσθ᾽ Ὅμηρον.
Ἐπεὶ ψευδέεσσίν οἱ ποτανᾷ γε μαχανᾷ
Σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις.

Plato *Ion.*

Ὅμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν.

Id. *de Republ. l.* x.

Ὅμηρος πρῶτος διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν καλῶν τῶν τραγικῶν.

Plinius Sen. *Histor. Nat. l.* ii. *c.* 6.

Ut principi literarum Homero *placuissse video.*

Id. *l.* xv. *c.* 2.

Homerus *primus doctrinarum et antiquitatis parens. Et* l. xvii. c. 5. *Fons ingeniorum.*

Id. *l.* vii. *c.* 29.

Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarum genera, et tantam rerum operumque varietatem? nisi fortè Homero, *vate Græco nullum feliciùs extitisse convenit, sive operis fortunâ, sive materiâ æstimetur. Itaque* Alexander Magnus *inter spolia* Darii *Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus ——imò Hercule, inquit, librorum* Homeri *custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quàm maximè diviti opere servaretur.*

Plinius Jun. *Epist. l.* v. *Ep.* 6.

Vides quot versibus Homerus, *quot* Virgilius, *arma hic Æneæ, ille Achillis describat: brevis tamen uterque est, qui facit quod instituit.*

Plutarchus περὶ Ἀδολεσχία.

Μόνος Ὅμηρος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀψικορίας περιγέγονεν, αἰεὶ καινὸς ὢν, καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων.

Id. *Lib. de Vitâ Homeri.*

Εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται (Ὅμηρος *sc.*) πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ᾽ αὐτὸν

παρεχόμενος, καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν.

Id. *postremis ferè Verbis ejusdem Libri:*

Πῶς δὲ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν Ὁμήρῳ, ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπιτήδευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποίημασιν αὐτοῦ κατενόησαν· καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μαντείαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ Θεοῦ. [Vide quæ ex Plutarcho excerpsimus in Append. de Figuris.]

Politianus *Præfat. in Hom.*

Dicturus de Homero *vate, doctrinarum omnium atque ingeniorum auctore et principe, &c.* Et post pauca: *Adeò nimirum sese supra hominum conditionem vates hic eminentissimus atque incomparabilis attollit, adeóque nihil mortale sonat, ut meritò illi et patria cœlum, et mater esse* Calliope *videri possit.* Et aliquantò pòst: *Quid dicam de philosophiâ, in quâ nulla est ferme nobilior posterorum scientia, nec opinio celebrata, cujus non in poëta* Homero *originem agnoscamus.* [Sed et perlegenda integra illa *politissimi* scriptoris Præfatio, quæ inter ejus opera habetur.]

Polyænus *Procem. ad Stratagem.*

Δοκεῖ δέ μοί γε ταῦτα συμβουλεύειν Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ᾄδῃ, ἢ δόλῳ, ἠὲ βίηφι, ἄλλως οὐ παραγγέλλει ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρῆσασθαι κατὰ τῶν πολεμίων, &c.

Polybius *Hist. l.* vi.

Ἢ καὶ τὸν ποιητὴν ἄν τις ἐπαινέσειε, διότι παρεισάγει τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἡγεμονικώτατον ἀνδρῶν, &c.

Pontanus Ja. *Attic. Bellar. Synt. part.* 2.

Ubi (post aliquot de Homero elogia) *Hæc,* inquit, *perpauca de innumeris, quæ de hoc poëtarum deo à poëtis, oratoribus, historicis, philologis, regibus, imperatoribus præclarissimè dicta, scripta fuerunt.*

Porphyrius *de Antro Nymph.*

Λογιζόμενοι—καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τὶς φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκριβεία.

Portus Fr. *Præfat. in suum Homerum.*

Tanta est poëtæ hujus excellentia, tam multæ variæque virtutes, ut altero sit opus Homero *ad eas non ornandas vel augendas, sed recensendas et ènumerandas. Nemo dubitat hunc vatem omnium præclarissimarum rerum dedisse semina, unde postea tot artes, tot liberales disciplinæ natæ, auctæ, ac confirmatæ sunt. Ex hoc uno fonte varia genera philosophorum, quasi ex immenso mari oceano flumina, &c.* Et post aliquammulta: *Tantùm dicam, poëtam hunc de genere hu-*

mano, ac de iis qui artibus dant operam ita esse meritum, ut si omnis ætas publico præconio ejus prædicet laudes, nesciam an satìs tanto poëtæ sit factura.

Portus Æm. *Præfat. ad Lexic. suum Ionicum.*

Homerus *omnes dialectos per suum poëma dispersas, mixtumque dicendi genus habet; quod carmen ejus reddit magnificentius et admirabilius, et insignem poëtæ doctrinam et poëticæ venæ felicitatem commendat.*

Priscianus *Epist. præfixâ Lib. Gramm.*

Cujus mentem tam Homeri *credo quàm* Virgilii *animâ constare. Quorum uterque arcem possedit musicæ, &c.*

Proclus *Chrestomath. apud Photium.*

Τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς τοῦ λόγου τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο, καὶ ἐκλήθη, ἔπος καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος ποιητὴν, καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα ᾠκειώσατο—— Γεγόνασι δὲ τοὺς ἔπους ποιηταὶ, κράτιστος μὲν Ὅμηρος, &c.

Propertius *l.* ii. *Eleg. ult.*

Cedite, Romani scriptores, cedite, Graji:
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Et alibi:

Nec non ille tui casus memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.

Pyrrho *apud Diogen. Laërt. l.* ix.

Ἐμέμνητο μάλιστα μὲν Δημοκρίτου, εἶτα δὲ καὶ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν, καὶ συνεχὲς λέγων, Οἵη περ φύλλων τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Pythagoras *apud Jamblich. de Vit. Pythag. c.* 25.

Χρῆσθαι δὲ (*solebat sc.* Pythagoras) καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Quinctilianus *l.* x. *c.* 1.

Igitur ut Aratus *ab* Jove *incipiendum putat, ita nos ritè cœpturi ab* Homero *videmur. Hic enim (quemadmodum ex* oceano *dicit ipse amnium vim fontiumque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis, tum copiâ, tum brevitate mirabilis, nec poëticâ modò sed oratoriâ virtute eminentissimus.* Et post nonnulla: *Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? Ut magni sit viri virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi; verùm hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit.*

Ramus *Dialect. Præfat.*

Quinetiam cùm Aristoteles *ad perspicuè docendum exemplis uti jubeat,* οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος, *qualia* Homerus, *non qualia* Chœrilus

habeat, nullum ferè præceptum sine popularibus et electis, id est, Homericis, *non* Chœrilæis, *poëtarum, oratorum, philosophorum exemplis institui.*

Rhodiginus *Lect. Antiq. l.* xvi. *c.* 15.

Literarum parens Homerus.

Rittershusius *Notis in Isid. Pelus. Epist. l.* iv. *Ep.* 30.

Apud Homerum *Odyss.* χ. *v.* 348. *est* ἐνέφυσε. *Etsi autem hic fons ingeniorum et parens eruditionis istud elògium pronunciat sub personâ Phemii musici, &c.*

Sabellicus *Ennead.* 1. *l.* 8.

Sed quocunque fuit loco natus (Homerus *sc.*) *quâcunque ætate, omnium (quod satis convenit) poëtarum fuit eminentissimus, cunctarumque eloquentiæ partium origo.*

Salmasius *Plin. Exercit. p.* 855.

His opponit (Horatius *sc.*) *tanquam virtutis poëticæ perfectissimam ideam unicum* Homerum.

Salmuthus *Comment. in Panciroll. Nov. Repert. l.* ii. *tit.* 10.

Cujus (Homeri *sc.*) *laudes singulas si deprædicare velim, verear ne laborem suscepturus sim inanem, ac prorsùs inutilem; cùm nihil hoc aliud videri possit, quàm eum laudare, quem nemo vituperat, sed omnes venerantur et suspiciunt.——Eo quippe provectus est auctoritatis, ut non tantùm* priscæ poëticæ divinus auctor apud Græcos *ab Apuleio l.* ix. *sed et contentione summâ* literarum parens et doctrinarum fons *celeberrimis pronuntietur auctoribus.*

Scaliger Ju. *Poët. l.* v. *c.* 2.

Homeri *ingenium maximum; ars ejusmodi, ut eam potiùs invenisse quàm excoluisse videtur.*

Id. *de Causis L. L. lib.* v.

Id expressit divinitùs aliquando summus poëta, Τὸ δέ τοι τετελεσμένον ἔσται.

Id. *in Poëm.*

Non homines, non me Musæ peperêre, sed à me
Principium Musæ patre tulere suum.

Id. *Comment. in Lib. Hippoc. de Insomniis.*

Vel vide Homerum, *vel* Herodoti *memineris; sed quales viros? profectò facilè principes utriusque orationis; utrumque verò etiam sapientem: Nam et* Homerum *nunquam putâssem summum, et physicum, et, ut tum esse poterat, theologum, nisi tam stultè de diis locutus esset: neque enim tam vecors, tamque futilis esse potuit, ut ea sic intelligeret; sed ad siderum potestates, atque officia geniorum omnia voluit referri.* [Hæc

Scaliger, qui tamen alibi in *Homerum* iniquior, ut propterea non immeritò vapulet à *Leone Allatio*, De Patriâ *Homeri*, *c.* 4.]

Scaliger Jo. *Epist. l.* i. *Ep.* 1.

Vix delibatis conjugationibus Græcis, Homerum *cum interpretatione arreptum* 21 *diebus totum didici: poëticæ verò dialecti vestigiis insistens grammaticam mihi ipse formavi, neque ullam aliam didici quàm quæ mihi analogiâ verborum* Homericorum *observata fuit.*

Id. *Epist. l.* iii. *Ep.* 247.

Ut anni, sic poëseos Græcæ quatuor tempestivitates fuisse animadverti. Prima fuerit illa, in quâ principes Homerus *et* Hesiodus, *&c.*

Schottus A. *Præfat. in Phot. Biblioth. de Eust.*

Cujus et in Homerum *poëtarum prope deum explicationes, &c.*

Id. *Nod. Ciceron. l.* iii.

Poëtarum omnium juxta ac philosophorum prope deum Homerum, *&c.*

Schrevelius *Epist. Dedic. Homero suo præfixâ.*

Poëtas inter Homerus *sine omni controversiâ palmam obtinet; utpote qui animos hominum à vitiis avocat, ad virtutem et honestatem excitat, atque acuit; mores corruptos emendat, &c.*

Id. *Præfat. ad Lectorem.*

Post mortem nominis immortalitatem assecutus est; et communis opinio percrebuit eum non ex mortali semine, sed ex deo natum; arbitrati ingenii sagacitatem omni humanâ industriâ majorem—Quanti Homerum *fecerint populi et reges, qui sapientiâ cæteris antestarent, testantur omnium seculorum historiæ.—Vale—et* Homerum *tibi diligenti lectione familiarem facito, ut in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia vestigia reperiuntur; et, ut quidam scitè illum vocat,* Πηγήν τινα τῆς διαλέκτου, τοῦ τε ἀνθρωπίνου βίου παράδειγμα, καὶ οἶδε φωστῆρα τῶν ἄλλων ποιητῶν, Ἑλλήνων τε καὶ τῆς τε ἄλλης περὶ λόγους παιδείας ἡγεμόνα.

Seberus *Epist. Ded. Indici suo Homero præfixâ.*

Tanta fuit omnibus seculis Homeri *judicata dignitas, ut cùm multi laudes ejus celebrare ausi fuerint, plerique tamen plenè illas se assecutos negare haud erubuerint. Ac sanè quis putet satìs dignis affici posse laudibus eum, quem universus pœnè literatorum chorus non tantùm cum* Platone *poëtarum optimum ac divinissimum, vel cum jurisconsulto præcipuum ac summum* omnisque virtutis patrem, *sed cum* Dionysio *etiam, &c.*

Seinius P. *l. de Nepenthe Hom. seu de' Abolendo Luctu.*

Magnum profecto, et Homero, *h. e. omnium poëtarum philosophorumque principe dignum.*

Seneca *Epist.* 58.

Poëta——jam apud Græcos in unius notam cessit, Homerum *intelligas, cùm audieris poëtam.*

Id. *Epist.* 18.

Illa discamus, quæ Homerum *fecêre sapientem.*

Sextus Emp. *advers. Mathemat. c.* 8.

Ἐπεὶ μὲν οὖν ποιητικῇ ἔγωγε Ὅμηρον τεθαύμακα.

Id. *c.* 10.

Πιθανόν ἐστι γεγονέναι μέν τινας πρὸ αὐτοῦ (Ὅμ. sc.) καὶ κατ' αὐτὸν ποιητάς· τούτους δὲ ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὸν λαμπρότητος ἐπεσκοτῆσθαι.

Sibylla *(aut Sibyllin. saltem Carminum Auctor) Orac. l.* iii.

Καὶ τὶς ψευδογράφος, πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖθις
Ψευδόπατρις————
Νοῦν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος διανοίας ἔμμετρον ἕξει,
Οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον. Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σοφῶς, ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει.

Sidonius Apoll. *Carmine* 23.

Torrens Herodotus, *Tonans* Homerus.

Silius Ital. *lib.* xiv.

—— *Meruit deus esse videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, sidera, manes,
Et cantu Musas, *et* Phœbum *æquavit honore.*

Simonides *Carmine Elegiaco de Brevit. Vitæ.*

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνὴρ,
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Socrates *Epist. ad Xenophont.*

Τὸ μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, ἐν τῷ ἄριστα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι τιθέντες.

Solinus *Polyhist. c.* 3.

Smyrna, unde præcipuè nitet, Homero *vati patria existit.*

Solon *apud Diog. Laërt. l.* i. *in Solone.*

Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἔνθαδε ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον· μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. [Quanquam non verbale, sed reale hoc testimonium *Solonis* sit, hinc tamen liquidò et apertè constat, quanti *Homerum* fecerit celeberrimus hic sapientissimusque *Atheniensium* legislator; quare nullo modo omittendum duxi hoc ipsius decretum, quo viz. cautum est, ut rhapsodi in *Panathenæis Homeri* carmina recitarent (licet hoc

institutum *Hipparcho Pisistrati* filio tribuant alii, ut *Plato* in *Hipparcho*, et ex eo *Ælianus* Var. Histor. l. viii. c. 2.) præsertim cùm et inter Auctores nomen et locum meruerit hic sophus, utpote cujus *Elegi et Epistolæ* etiamnum hodie extant, et doctorum manibus teruntur.]

Sophocles,

Græcorum tragicorum princeps, Μέλιττα Ἀττικὴ, Ἄνθος ἀοιδῶν, etsi nusquam fortè nominatim *Homeri* in tragœdiis meminit (nec enim huic rei locus aut occasio erat in tali argumento) quàm religiosus tamen illius cultor ac ζηλωτὴς fuerit, jam olim observârunt critici; qui et propterea φιλόμηρον eum vocârunt. Et certè ubique hic tragicus sedulum se et studiosum *Homeri* imitatorem ostendit tam in verbis, quàm in sententiis; passim adeò Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν, ut μόνος Ὁμήρου μαθητὴς à quodam è veteribus dici meruit; referente *Triclinio*, si modò is auctor sit vitæ *Sophoclis*, tragœdiis ejus præfixæ. Hinc et *Polemon* (teste *Suidâ*) appellare solitus est Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικὸν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικόν. Postremò, etiam de *Sophocleâ Homeri* imitatione dissertationem edidit vir doctissimus diligentissimusque, et de Græca linguâ optimè meritus, *Henr. Stephanus*. Cothurnus itaque *Sophocleus Homericæ* grandiloquentiæ viva quædam effigies et imago est, eique satìs amplum testimonium præbet.

Spondanus *Proleg. in Homerum suum.*

Sanè id summæ laudi divino vati (Homero) *tribui oportet, qui licet rei familiaris angustiis oppressus, tamen in tantas ingenii divitias emerserit, ut neque pristina, neque hodierna secula parem ullum ei protulerint.—Hinc poëtæ, hinc oratores, &c.*

Statius Papin. *Sylvarum l.* v. *Epiced. in Patrem.*

Fons et magniloquo non posthabuisset Homero.

Id. *ibid.*

Quantus equos pugnasque virûm decurrere versu
Mæonides——

Stephanus H. *Dissertat. præfixâ Editioni suæ Græc. Poët.*

Homerum *ita laudare ut poteram nolebam, non poteram autem ut volebam.*

Id. *Schediasm. l.* ii.

Homerus *ita erat ab omnibus* πεπατημένος *veterum scriptorum ætate, ut nullum ex ullo ejus loco vocabulum peti possit, nec ad quicquam, quod ille dixisset, respici sive alludi, quin lectores statim id animadverterent.*

Strabo *Geograph. l.* xi.

Ὅμηρος οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδίον τε καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν. [Vid. plura ibid. ubi et *Homerum* geographiæ principem esse fusè demonstrat.]

Id. *l.* viii.

Πιστεύοντα δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἐνδοξότατοι καὶ πρεσβύτατοι καὶ κατ' ἐμπειρίαν πρῶτοι. Ὁμήρου δ' εἰς ταῦτα ὑπερβεβλημένου πάντας, ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου λεχθέντα.

Strada *Prolus. Acad. l.* i. *Prol.* 3.

Cùm lego poësin Homeri, *video sapientissimum vatem, &c.* et aliquantò post de eodem : *Poëta ingeniosissimus, qui probè nósset unus, quid esset non ineptire.*

Stuckius *Antiq. Convivial. l.* i. *c.* 27.

Præ cæteris quidem scriptoribus omnibus Homerus *omnia justa legitimaque hospitalitatis officia egregiè sanè mihi expressisse, ac suis quasi coloribus depinxisse videtur in præclaris illis suis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quoque officiorum vitæ humanæ præclara documenta, atque præcepta continent.*

Sturmius *Epist. ad Theoph. Galium.*

Credo ego omnium oratorum ornamenta et instituta in Homeri *demonstrari posse, ita ut si ars dicendi nulla extaret, ex hoc tamen fonte derivari et constitui posset.*

Suetonius *in Vit. Caligulæ, c.* 34.

Cogitavit etiam de Homeri *carminibus abolendis.* [Præclarum verò facinus, et tali imperatore dignum, *viz.* monstro hominis.]

Suidas *in voce* Ὅμηρος.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος (*erat* Homerus *sc.*) διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως.

Symmachus *Epist. l.* viii. *Ep.* 22.

Et Homerum *novimus à dissimilibus prædicari; careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset.*

Synesius *lib. de Insomn.*

Ὅμηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς.

Tatianus *Orat. adv. Græc.*

Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν.

Tertullianus *lib. de Animâ.*

Homerus *pater liberalium disciplinarum.*

Id. *ibid. c.* 56.

Novimus autem præter poëtica jura, pietatis quoque Homericæ *industriam, &c.*

Textor. *Theatr. Hist. et Poët. l.* ii. *c.* 98.

Homerum *poëtarum omnium facilè principem ferunt, cùm jam senio confectus, &c.*

Themistius *Oratione* xvi.

Οὐκ ἄρα μάτην ὁ σοφώτατος Ὅμηρος ἀπεσχεδίαζεν ἐν τοῖς ἔπεσι, συνεχῶς ἀνυμνῶν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id. *alibi:*

Ὅμηρος προπάτωρ καὶ ἀρχέγονος τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων.

Theocritus *Idyll.* xvi.

——Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος·
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος——

Id. *Idyll.* vii.

Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίζοντι.

Theodoretus *de Curand. Græc. Affect. l.* ii.

Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς εὐεπείας ἐκείνης γλυκύτερον;

Theon. *Progymnasm.*

Πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινοῦμεν, ὅτι οἰκείους λόγους περιτέθεικεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων.

Thucydides *l.* ii. *in Periclis Oratione Funebri.*

Οὐδὲν προσδεόμενοι, οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τοιαῦτικα τέρψει, &c. Ubi Schol. Οὔτε Ὁμήρου, ἀπὸ μέρους τῶν πάντων ποιητῶν.

Thysius Ant. *de Rep. Athen. p.* 267.

In Panathenæis *majoribus rhapsodi* Homeri *principis poëtarum carmina, &c.*

Tibullus *lib.* iv. *Carm. ad Messalam.*

——*Æterno propior non alter* Homero.

Tiraquellus *de Jure Primigen. qu.* 17.

Sed et ex Homero *quoque, illo virtutum omnium parente* Justiniano *appellato, sortes rerum futurarum præsagia deprompta esse, testimonio est* Socrates *ille hominum sapientissimus, &c. nec tamen istis sortibus fidem esse adhibendam putârim.*

Id. *in Leg. Connubial. leg.* 1. *gloss.* 1. *part.* 1.

Paris *apud* Homerum *illum omnium disciplinarum tanquam oceanum quendam, &c.*

Tzetzes Jo. *Chiliad. Carmine de Educat. Filiorum.*

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τοῦ νέκταρος οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων.

Valerius Max. *lib.* viii, *c.* 8.

Homerus *ingenii cœlestis vates.*

Varro, *Lib. de Imaginibus, apud Agell. lib.* iii. *c.* 11. *Homeri Imagini hoc Epigramma apposuit, partim sc. Lat. partim Græc.*

Capella Homeri *candida hæc tumulum indicat,*
Quòd ariete (vel, ut quidam legunt, *aræ Ietæ*, vel, ut alii, *caprâ*
Ietæ) *mortuo faciunt sacra.*
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου·
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος (*al.* Χίος), Ἄργος, Ἀθῆναι.

Vid. Hieron. Magium *Miscellan. l.* iii. *c.* 1. *et* Leon. Allat. *De Patriâ* Homeri *c.* 11. *quorum uterque* Varronianum hoc in Homerum Epigramma Latino-Græcum fusè et eruditè explicat.

Victorius P. *Var. Lection. l.* xxviii. *c.* 18.

Omnis elegantiæ, omnisque in dicendo virtutis dux auctorque fuisse Homerus *non sine causâ existimatur, quas inde postea studiosè acceperunt non poëtæ tantùm Græci ac Latini, verùm etiam oratores.*

Id. *eod. l. c.* 3.

Hujus consilii exemplum est apud Homerum: *vidit enim ille quoque, qui omnia divinitate ingenii sui perspexit, &c.*

Id. *l.* xxxv. *c.* 2.

Hæc elegans concinnaque sententia fluxit è fonte omnis suavitatis et eruditionis Homero. Et alibi sæpe in eandem mentem.

Vida Hier. *Poëtic. lib.* i.

Haud multos labor auctores tibi prodere Graios,
Quos inter potitur sceptris insignis Homerus.
Hunc omnes alii observant; hinc pectore numen
Concipiunt vates, blandumque Heliconis amorem.
Felices, quos illa ætas, quos protulit illi
Proxima: divino quantò quisque ortus Homero
Vicinus magìs, est tantò præstantior omnis.

Vitruvius *Præfat. l.* vii. (*loquens de Zoïlo Homeromastige.*)

Ptolemæus *cùm animadvertisset poëtarum parentem philologiæque ducem, absentem vexari, et cujus ab cunctis gentibus scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit responsum, &c.*

Vives *de Trad. Discipl. l.* iii.

(Homerus) *quæ scripsit, non dicere videtur, sed ante oculos sistere: Ea est quasi depingendi vis et efficacia; quâ virtute posteros omnes sine controversiâ superat, &c.*

Vossius Ger. *Ep. Ded. præfixâ Institut. Poët.*

